Albus lachrymarum inuoluntarius accidit oculis quandoqz ab exterioribus sicut ex percussione / Ex calidi aeris dissolutione / vel ex frigidi coartatione / ex fumi mordicatione / et puluerum perturbatione ex ceperum et aliorum acuminum odorazione. Quandoqz ab interioribus. vt ex calidis humoribus vel frigidis / vel ex superabundantia humorum per incontinentiam effluentium. ex debilitate contentiue virtutis cerebri / et fortitudine expulsiue. Si autem humores calidi fuerint in causa / oculi rubent / lachryme distillant calidiores faciem et vrunt. calida obsunt / frigida psunt. Si vero sunt humores frigidi / oculi sunt subalbidi / vel liuidi / lachryme etiam frigide faciem non mordificant / frigida obsunt calida psunt. Ad lachrymationem factam ex percussione / et causis alijs exterioribus precipua cura est cera pura cum puluere cimini calefacta / et frequenter cathaplasmata. dolorem enim simul remouet / ad lachrymarum et liuorem si sit cum vulnere / cum citurgia curetur ad alias causas exteriores sufficit fomentum cum aqua tepida ita qd tepor ad frigiditatem plus accedat. Si fiat autem ex fluxu et superabundantia humorum purgentur detur dyadibantum cum vino decoctionis thuris. hoc precipuum est in hac causa / fiant restrictoria circa tempora et circa frontem. De omnibus valent contra fluxum ex causa calida et frigida.

De defectu visus.

Defectus visus accidit oculi multiplex de causa. aliquando ex mala operatione. aliquando ex fumi ascendentis a stomacho corruptione. Aliquando ex nervi obliopilatione. ex catheraetis / ex panno / ex macula / et huiusmodi. Aliquando ex diete inordinacione / ex egnitudine longa / ex ieiunio / et coi-

tu nimio. et ex multis alijs causis sicut ex senectute et huiusmodi. Distinguende igitur sunt cause p propria signa. Nam si defectus accidat ex fumositate stomachi / defectus visus non est pstinus / s interpolatus. scdm. n. ciborum assuptionem varietatem minuitur vel auget. si autem est ex vitio cerebri / pstinus est defectus ante prandium. et post si ex opilatione nervi ipsius oculi substantia pura est et lucida atqz clara. alia signa p se patent. Ad istum ergo defectum tollendum si est ex vitio humoris stomachi mūdificetur / immo totum corpus pcpue caput / deinde apponantur remedia localia / que in vatico et alijs auctoribus inueniunt.

De cecitate.

Cecitas est puationo visus. Primum autem homo visu aliquando ppter organorum defectum / et pupillarum improprietatem ad spiritum visibilem. Ad hoc enim qd formetur visus erigitur debito proportio organi spiritum recipientis ad ipsum spiritum / vt supra dictum est de visu libro. iij. Aliquando ppter nervorum interiorum opilationem. Si enim fuerit nervus qui dicitur obliquus / qd est visibilis spiritus vehiculum in suo principio vel medio vel alicuius carnositatis superexcrescentia. vel alicuius viscosi humoris abundantia totaliter opilatis / virtutis visive transitus non puenit ad pupillam. et sic cecitas in oculo generatur. Aliquando fit ppter humorum et spirituum consumptionem. vt est videre in senibus quorum oculi primo caligant et defectu visus patiuntur. tandem deficiente virtute videndi / potentia penitus destruitur. Aliquando fit ex causa exteriori. sicut per oculorum vulnerationem p nimiam etiam et pstinuam lachrymarum effusionem. p substantiam oculi dissolutionem. p tunicarum oculi inspissationem et indurationem et humorum in oculo compactionem. tunc enim non est pupilla spiritui visibili peruia. et ideo talis compactio est cecitatis in oculo inducta per substantialis humoris subitam deficcationem vt in pupilla accidit. in quibusdam portio natis et minutis qui ex nimia sanguinis subtractione quandoqz incurrunt periculum cecitatis. Aliquando ppter subitam cum deficcatione substantialis humiditatis spiritus visibilis disgregationem. vt patet in vriso / qui ad aspectum peluis ardentis quasi subito excecatur. cuius excecationis causa est aspectus peluis ardentis et lucentis / cuius ignea virtus tunnicam oculi cum cristallino humore et destruit

et consumit. et eiusdem luciditas que spiritui est
 improporzionabilis. ipsum disgregat et disper
 git. et sic necessario cecitatis perpetue viciuz in
 troducit. Inter omnes itaq; sensibiles passio
 nes. miserabilior est ipsa cecitas (vt di. psta.)
 Nam sine omni viciulo cecitas ceco carcer e de
 apitur in appbendendo imaginatus. qz de
 albo imaginatur q; sit nigrū et eouerso. impe
 dit in iudicando vim deliberatiuam. iudicat
 enim penes se et deliberat ire ad orientem/
 et deceptus in suo iudicio vadit ad occidentem
 peruertit et affectum. quia oblato sibi ad eligē
 dū denario argenteo cū cupreo. affectat elige
 re argenteum. et eligit ipsum cupreū. Tanta
 siquidem est ceci miseria vt non solum puero
 vel seruo se subiciat p regimine et ducatu. ve
 rum et sepius ipsi cani et sepe ad tantā deduci
 tur necessitatem. vt ad transeundū pontis vel
 vadi periculum plus cogitur credere cani quā
 sibi ipsi. Item sepe in periculis vbi omīs du
 bitant. quia non videt periculum securus e ce
 cus et eouerso. sepiissime vbi nullum piculū
 imminet. maxie cecus timet. sepe i plano cespī
 tat pedibus et offēdit. sepe vbi pes esset eleuā
 dus. deprimat pedem et eouerso vbi esset ter
 re figendus. ipsum eleuat et suspendit. vndiq;
 palpando. cōtrectādo manus dirigit. vndiq;
 de itinere dubius. manu et baculo vīam qrit.
 raro aliquid securus agit. semper fere dubius
 et timens erit. Item cecus quando nudus ia
 cet vel sedet. rectum se reputat. sepe etiam quā
 do videtur ab omnibus se latere putat. Itēz
 faciem aliquando et oculos ad solem vel celuz
 cecus eleuat. sed ipsius oculos celestis claritas
 non immutat. ipsius ceci oculis sol presentem
 exhibet suū radiū. sed tamē presentis solis vir
 tutem non papit secūdu effectū (vt d. grego.).
 Item cecus aliquando puerum ductorem suū
 verberat. et percutit. et offendit. sed eadem ver
 bera cito per puerum luit. Nam puer verber
 non immemor. i pontis medio siue a quocūq;
 alio periculo ipsum solum deserit. et ipsum fu
 gicus sibi viam euadendi periculum non ostē
 dit. et ideo est miser cecus. quia in domo nihil
 agere fiduciaaliter audet. in innere deserit a socio
 multum timet. In hoc tamen peior est condi
 tio habentiū oculos quā cecoz. quia ipsi oculi
 hostes sunt et predones animi humani quoz
 concupiscentias dum sequimur. seuisimīs bo
 stibus subiciamur. sicut dicit exposito: super il
 lud treuo. Oculi meus depredatus e aīaz
 meam. Melius autem est homini oculis eru
 tis cecum fieri. quam habere oculos et eorum
 blandiciis deapi et abduci. vt dicit gregorius

super illud. Melius est tibi luscum ad vitam
 ingredi. quā duos oculos habere in iebēnam
 ignis mitti. vt dicitur *Math. vi.*

De surditate.

Surditas e priuatio siue impedimē
 tū auditus. qui fm constan. ianua
 mentis est. Contingit autem ali
 quando auditum totaliter auferri. et tunc pro
 prie dicitur surditas. Et habet fieri ex humori
 bus opilantibus nervos audibiles et buccas
 auium replentibus itantū q; i eis nulla pōt
 fieri allisio. quandoq; non auferitur ex toto/
 sed secundū diminutionē humoris. et tunc di
 citur grauitas auditus quandoq; est ibi soni
 tus et tinnitus. ita q; putat paties q; sit iuxta
 mollendinum siue iuxta organa. et hoc habet
 fieri ex grossa ventositate interdusa. et hoc ha
 bet fieri aliquando sine interpolatione. et tūc
 est ex causa priuata. quandoq; cum interpola
 tione. et tunc est ex causa remota. quādoq; enī
 nihil extenus auditur propter opilationē. sed
 auditus ab interioribus imutatur. ita q; pati
 ens credit se audiri ab exterioribus hoc quod
 sentit ab interioribus et secundum hoc fallitur
 auditus. **A** Multis alijs. modis auditus ho
 minis impeditur. Accidit etiā auri dolor ali
 quando siue apostema. et hoc ex calore dissol
 uente vel ex frigiditate constringente. si sit ex ca
 lore. dolor est acutus. locus rubet. calida ob
 sūt. frigida profunt. si sit ex frigiditate. dolor
 est ponderosus et grauius. locus palle
 calida obsunt. frigida profunt. **A** Aliquando
 est ex apostemate calido. tunc a d. predicta sig
 na est vehemens febris. semper enim aposte
 ma aurium febris concomitatur. sed remissior
 et minori dolore in causa frigida quam in ca
 lida. Aliquando relinquuntur i aure vulnus
 et apostemate precedere. quod cognoscitur ex
 dolore. titillatione. et sanie effluente. aliquan
 do fiunt vermes in arboribus ex humoribus
 calidis inuisicatis per interceptionem spiritus
 viuificatiui. Signa autem vermium sūt pru
 ritus. et titillatio et aliquando videri possunt
 si auri soli exponatur. aliquando fit dolor a
 causa extrinseca. sicut ex aqua vel lapilli subin
 tratione. aliq; ex concussione. cuius signum est
 exitus sanguinis. aliquando tamē erit sāguis
 ex superabundantia in continentia eiusdē vn
 de constan. Si subito languis et sine dolore
 ab aurbus exeat sine manifesta causa signū e
 aliquid esse in capite quod natura expellere la
 borat. oportet ergo q; aures a principio mūdi
 ificentur. Alias autem aurium passiones. qre
 supra li. iij. de auditu et. v. de aure. ibi enī sūt

De infirmitatibus

multa in ferta. Dolor igitur aurium si est ex calore et sine apostemate, frigidis et alteratiuis insistendum est, vngi enim debet locus doloris oleo rosaceo / vel ytolaceo et consimilibus talia enim olea tepida auribus instillantur, non enim actu frigida auribus debent instillari. Si vero ex frigiditate siue apostemate cum calidis alteratiuis ad curam procedendum est, sicut oleo laurino / rutaceo / et huiusmodi. Si vero fuerit cum calido apostemate frigidis maturatiuis primo insistendum est, deinde mundificatiuis et in contraria causa adhiberi debet medicina contraria. Rupto igitur apostemate quod cognoscitur ex fluxu saniet primo mundificandum est vulnus / deinde consolidandum. Mundificandum autem cum vino et cum melle simul mixtis et immixtis / consolidatur cum puluere thuris et mastias et huiusmodi. Si vermes ibi fuerint succi amari sicut persici / absinthij ponantur infundantur, similiter oleum amarum ex amigdalibus amaris auri patienti instilletur talibus enim vermes occiduntur et putrefacti cum sanie educuntur, si enim lapillus intraverit / caute extrahatur, quod si fieri non potest auribus calidum inungatur et sternutatio prouocetur vel cum ventosa suggatur et extrahatur. Ad surditatem remouendam vel saltem releuandam valent multa que dicat constan. Si inter omnia solet balsamum instillatum aurbus perualere. Surditas tamen si fuerit a nariuitate incurabilis est similiter que per triennium durauerat vix curatur, tinnitus qui ex ventositate causatur cum extenuatiuis ventositatis curetur sicut cum aneto / calamento / colato origano / et consimilibus / quorum subfumigatione tinnitus soluitur. Et hec de passionibus aurium et earum remediis dicta sufficiant.

De fetore narium.

Polipus est superflua caro ex narisbus excreta ex superfluis humoribus generata. hanc passionem fetor horribilis sepe comitatur / et tunc fetor a poliposo non sentitur, propter opilationem, non enim odorabilis talis in odore et fetoris differentias non discernit. Vbi autem fieri tam fetor narium quam polipus in hunc modum, humores grossi et viscosi fluunt ad carniculas narium et ibidem diuturnitate temporis et actione caloris condensantur, et quasi in substantiam carneam conuertuntur, que corrupta cum fit inde fumositas resoluta et aeri imixta inspirando et respirando fetorem facit infirmitas talis polipus dicitur, quibus etiam ad nares descendit

humiditas / et eam cohibet spongiosa narium porositas, et ibi putrescentes corruptionem generant et fetorem, quibus etiam calidi humores acuminis suo pustulas in narisbus generant / quibus loca vlcera et excoerant, vnde tamen ex corruptione carnis et humorum que ex coarctatione inspirationum cum non possit cerebrum deputari fetor necessario generatur. Primum igitur remedium est hanc passionem et ut caput forti et conuenienti medicina purgetur / et post fluxum insapiat, deinde patientes aquam calidam narisbus attrahat atque suggat / ut humores inuiscati dissoluantur et educantur. Ad nares purgandas valent pillule dyacastoree / vnde cum succo rutibe et vino tepido resolute si narisbus sunt iniecte. Ad restringendum fluxum mirabiliter valent gna thuris albi si sepius assumantur. Si vero fuerit polipus confirmatus precedentibus purgationibus et de opilantibus pulueribus et medicinis corrosiuis amoueat vel per incisionem, sicut in chyrurgia plenius edocet.

De passione narium.

Patitur etiam nares sepius fluxum sanguinis, et fit in masculis tribus de causis tamen, scilicet, n. fluxus a cerebro et tunc fit cum sternutatione et cum dolore frontis et percussione / vel ab epate, et tunc dolor sentitur in dextro latere / et fluit per dextram narem, vel a splene / et tunc a sinistro latere erit dolor et fluit per presinistram. Præter hanc in mulieribus etiam fit a matrice, tunc dolor est circa umbilicum, hanc fluxus quibus est vnlis, quibus, n. in febribus etiam acutis et in frenesi in die cætico solet fieri motu nature. Et tunc solet bonus esse, nam bonus est quoniam ante dies cæticum fit ex nimia sanguinis interioris ebullitione et fenore, vnde acumine suo venas aperit / et fluxum facit, his et multis alijs de causis fluit sanguis. Siue autem fuerit fluxus cæticus siue symptomatikus non in principio restringatur fluxus ne crisis impediatur / vel ne sanguis ad alias partes fluat, et symptomata per se faciat ut suffocatos et hmoi, si autem naris augeret fluxum si patientes esset fortis esset in parte patienti minuendus, extremitates sunt ligande et fortius restringende. Ad medicine restringende sunt tympanibus et fronti adhibende, aqua cum aceto in facie profundenda. Si ab epate fiat fluxus / ponatur ventosa super epat / regionem, si a splene / super splenem, si a matrice super matricem vel mammillas.

De fetore oris.

Fetor oris quibus causatur ex dentium et gingivarum corruptione, quibus ex ore et palati vlceratione et putredine, quandoque et

thorad mala habitudine ⁊ membrorum spūaliū
 viciosa dispositione. quāq; ex putrefactione hu-
 morum stomachi. quāq; ex vniuersali corporis
 infectione. vt in leprosis / quorū anhelitus ē fe-
 tidus ⁊ infectiuus. quāq; ex fetidorum commestio-
 ne. vt p̄ in illis qui p̄tinue comedunt allium /
 cepas / atq; porrum. Quando autē fit ex corru-
 ptione membrorum spūaliū ⁊ vniuersali cor-
 ruptione humorū infectorum. palliari quidem po-
 test / s̄ non curari. talis autem fetor est p̄tinuus
 interpolationem non accipiens. ille autem q̄ est
 ex vno stomachi interpolatur / quia añ prandiu
 est maior / post prandium puus vel nullus / ⁊
 b̄ bene iuratur cum exterius aromatiq; ⁊ p̄for-
 tatiuis. Primo igit materia que est in sto-
 macho / que fetoris causa est digerat / diuidat
 expellatur. post commestione vero sepe vo mi-
 tus prouocetur vt villi stomachi mundificet-
 tur / a putridis cibariis et putrefactioni dispo-
 sitis caueatur. vir vino aromatico et aromatiq;
 ad p̄fortationē vtatur. Si catur ab alijs vt gi-
 giuis ⁊ dentibus putridis dentes exbantur / q̄
 sūt i cā vel sanentur. gingiue / fricentur et mun-
 dificentur. cum decoctione rosarum in vino vt
 aceto tepido abluantur. cum puluere thuris
 et mastice et melle gingiue et radices dentium
 fricentur. et mundificentur.

De dolore dentium.

Dolor dentium quādoq; fit vicio
 stomachi quādoq; vicio cerebri
 Ex vicio cerebri quando humores
 frigidi ⁊ calidi reumanzantes nervos dentium
 inficiunt ⁊ dolorem inferunt. Vicio autē sto-
 machi fit ex humoribus calidis in ipso existen-
 tibus a quibus fumositas resoluta. superiora
 petens nervos dentium ⁊ radices mordendo
 vel aggrauando. dolorem infert dentibus ⁊ fe-
 torem. Si ex acutis ⁊ calidis est humorib; do-
 lor est acutus ⁊ pungitiuus cum rubore faciei
 cum asperitate ⁊ siccitate gutturis. cum siti ⁊
 amaritudine oris. Si ex frigidis dolor est mi-
 nor cum grauamine capitis cum sub tumidi-
 tate faciei ⁊ pallore cum acetosa eructatione ⁊
 oris insipiditate. Dolor autem veniens ex ce-
 rebro diu durat sine aliqua interpolatione. qz
 aliquando decem horis vel plus. Qui vero
 procedit ex stomacho / quatuor vel tribus affli-
 git horis ⁊ post quiescit. Cause ergo doloris
 dentium (vt dicit constan.) sunt putredines
 ⁊ fetores / rapture ⁊ perforationes motiones /
 ⁊ casus / ⁊ limositates. perforantur enim den-
 tes ⁊ quādoq; rumpuntur. aliquando in co-

lorem citinum / viridem vel nigrum mutatur
 que omnia ex humiditate putrida nascuntur /
 que a stomacho ad ligamenta dentium deflu-
 it ⁊ ascendit. Eadem etiam causa est relaxatio-
 nis ⁊ motus dentium atq; casus. Nam acuti
 humores i radicibus dentium dentes p̄forat
 consumunt sepius ⁊ relaxant. vnde sunt cau-
 sa quare cadunt cum radices deficient aut pu-
 trefcunt. Vermes in dentibus maxillarum fi-
 unt ex humoribus ⁊ eorum cōcavitatibus pu-
 trefactis. ⁊ cognoscatur ex pruritu ⁊ titillatōe /
 ⁊ continua terebratione / ⁊ dentis perforatōe
 ⁊ fetoris emissionē. ⁊ multis alijs modis que
 re supra in li. v. in tractatu de dentibus. Iste
 dentium dolorose passionē si sūt ex vicio hu-
 morum in cerebro vel i stomacho debita pur-
 gatione purgentur. sepius dentes debitis de-
 tiferis mundentur. De quibus omnibus suffi-
 cienter tractat constantinus. Vermes dentium
 mira ⁊ opio interficiuntur. dentes relaxati bu-
 re ⁊ mastice confirmantur. Et hoc idem facit
 gargarismus de gallis ⁊ malogranati cortice
 ⁊ balaustie cum aceto preparatus.

De lingua.

Lingua etiā multipliciter patitur
 aliquando eni paralicatur ⁊ tunc
 perdit voluntarium motum ⁊ ser-
 monis vsū. vt dicit constan. cuius cā est defe-
 ctus motiue virtutis / que excitatur per spiritū
 venientem a cerebro. vel accidit ex nervo ani-
 malis virtutis vehiculo humore vel aposte-
 mate opilato. vel accidit ex proprio substantie
 lingue vicio. s. ex mala complexionē lingue et
 distemperantia infrigidate. vel calore ⁊ siccitate
 vel humore. aliquādo etiam lingua aposte-
 matur ⁊ tūc intumescit ⁊ sermo impeditur. aliquis
 ex humore liquido relaxatur ⁊ remollitur ner-
 uus lingue ⁊ nimis mollis efficitur / ⁊ tunc de-
 bitus sermo p̄ nimis remollitam linguam nō
 formatur. aliquando ex humore nimis calido
 ⁊ sicco contrahitur ⁊ corrugatur / ⁊ tunc totali-
 ter sermo impeditur. aliquando grauib; vl-
 ceribus ⁊ pustulis leditur ⁊ tunc tā i gustādo
 quā in loquendo impeditur. Si ergo lingue
 substantia sit sana nullas habēs maculas lo-
 quela tamē sit ablata / a cerebro surgit vitium
 vel a nervo opilato. aliquando perditur loq-
 la / ex preda mente. vt in frenesi vbi homo nō
 vitur imaginatione / memoria ⁊ ratōe. ⁊ ideo
 non mirum si perit loquela que est instrumentū
 rōnis q̄re sup li. v. de lingua sana ⁊ i firma.

De infirmitatibus

De raucedine.

Raucedo multis habet fieri de cau-
sis. quia ex siccitate vel humiditate
et ex spiritu et virtutum defectu
bilitate. Ex siccitate dicitur. aut enim siccitas
inequalitatem facit/aut constringit meatus.
dum enim ex siccitate exasperatur arteria/ ex-
asperitate sequitur inequalitas/ et ex inequali-
tate raucedo et vocis impedimentum. Item ex
siccitate fistulas et pulmonem coartante/ sequi-
tur utrumque predictorum. Ex humiditate similiter
duobus modis. aut ex humiditate prenta in va-
sis/ et maxime in sanguine. aut ex flegmate a su-
perioribus distillante. Sanguis. n. supabun-
dans venas distendit/ vñ et meatus coartant.
et sequitur vocis impedimentum. similiter flegma
distillans in tracheam arteriam et fistulas pulmo-
nis predicta operat. Ex defectu etiam spiritus et huius-
modi impedit vox. quod patet/ quia eius fortitudo
ex spiritu perficitur et virtute. Si ergo ex siccitate co-
gnoscatur sicca tussis que est officinam spiritus in
trachea arteria vel per compassionem quando est
sitbonia morbi. vel per passionem quam fit ex siccitate
exasperante. vel ex frigiditate fistulas pul-
monis coartante et spiritum offendente unde gene-
rat tussis. vel ex humiditate a cerebro distillan-
te. Istis. n. modis habet fieri tussis que impedit ip-
sam vocem. Et cognoscatur raucedo ex punctura
in spiritalibus quasi ex spinis facta ex equalitate
collis. et totius corporis macilentia. Sanguinez
vero in causa esse cognoscimus ex tussi aliquantulum hu-
meata/ rubore faciei venarum eminentia/ dulcedi-
dine oris flegma esse in causa cognoscimus. Et
tussi aliquantulum humeata/ ex oris insipidiata
et saliuarum abundantia defectum spirituum esse co-
gnoscimus in causa. Ex debilitate et ex tenuitate/
totius corporis ex febre precedente. vel ex nimio se-
iuiuo et fluxu et oibus que corpus extenuant. Si
ergo raucedo fit ex causa sicca et calida/ abstineat a
salsis calidis et siccis/ frigidis et assis. vñ et tempe-
rate frigidis et etiam humidis/ et mediocriter ca-
lidis. Si ex sanguine est passio/ fiat minuo/ si
ex flegmate dent purgationes et opilate que in fri-
gida causa sunt necesse. Si vero ex defectu spirituum/
subueniendum est resumptiuis et confortatis. Ea-
dem autem est cura raucedinis et tussis. vide in pla-
te. a postea.

De squinantia.

Squinantia est gutturis suffocatio. et pro-
uenit ex apostemate in guttore/ cuius
tres sunt species. In prima tota materia
colligitur interius in quodam folliculo in trachea
arteriam et pharyngem. et cognoscitur ex vehementi

dolore nullo timore exterioris appetente. apto et-
iam ore tumor intenus non appet. ex febre a-
cutissima/ et ex impedimento vocis/ et ex iudicio
patientis. Nihil. n. potest transglutire. et huius species in-
curabilis est. inficit. n. sepius prima die. Secunda
species est quam in minori quantitate recolligitur intra et
est in maiori et dicitur squinantia. et habet omnia signa
que prima/ sed remissiora/ et apparz aliqis tumor
est. et huius species vix curat. Tertia vero species est quam
tota materia recolligitur est/ et dicitur squinantia. cuius
signa sunt vehementes tumor. est febris lenta/ do-
lor modicus. sine difficultate spirandi et respi-
randi/ et huius species non inficit/ nisi tumor ad inte-
riora se retrahent. Igitur autem huius passio principaliter
ex sanguine/ secundario ex flegmate et melancholia/
nunquam ex colera. et cognoscuntur esse cause per
sua signa. Iustus passionis prima cura est san-
guinis attractio/ in quantitate multa incidantur etiam
vene sub lingua. fiunt scarificationes cum ven-
tositas in collo et in scapulis. deinde apponantur
lenificatiua/ maturatiua/ et mundificatiua/ que
re. s. li. v. de gutture.

De difficultate anbelandi.

Difficultas inspirandi et respirandi vel
vtriusque dicitur asma vel dyspnea. et accidit
duplici de causa. scilicet ex siccitate coartante/
te. qui quando pulmo non potest libere dilatari
et restringi/ inde sequitur asma. vel quam ex humore
impedit motus pulmonis. quando. n. superabundat
humor exterior in superficie pulmonis/
cuius mole oppressus/ non potest libere dilatari/
et tunc est species asma que dicitur sanguinum a san-
guisuga. quia cum violentia attrahit aerem ad cor
refrigerandum. aliquando abundat humor in-
terior in fistulis pulmonis/ cuius inpositione
pulmo non potest libere restringi. et tunc dicitur anbe-
litus/ quia in hac specie laborat patientes in ex-
pirando. aliquando autem abundat humor in-
terior et exterior/ propter quod non potest pulmo li-
bere dilatari nec restringi. et tunc est illa species
que dicitur orthonia. id est spiritus rectitudinis quia pa-
tens laborat equaliter in inspirando et respiran-
do. et ita sunt tres species asma scilicet tres huius-
modi dispositiones. si sit ex siccitate et caliditate/ vñ
guet/ electuarijs/ syropis frigidis et humidis
curat et e converso vide in plate.

De sputo.

Circa sputum etiam accidunt passio-
nes. vñ patet in empiricis/ in quibus
est sputum saniosum et visulentum
et in emproicis/ in quibus est san-
guinolentum.

Emptina em dicitur passio quoniam sanies excreatur et hoc contingit in causis reumaticis et pleureticis et peripneumosis et in alijs apostematibus stomachi pectoris vel pulmonis. Habet autem fieri hoc modo. dum humor superioribus distillat in pulmonem/pulmo repercutitur et ex repercussione conculcatur et ex conculcatione sanies nascitur/vel pulmo ulceratur. vel defluens humor ad aliquem locum ad apostema recolligitur et ibi insaniam commutatur/que vi nature vel synthomatibus resolutis per saniem sive saniosum sputum euacuatur. non tamen qui libet spuens saniem debet empticus iudicari. plereticis enim saniem spuunt et multi alij. et tamen non sunt emptici/ sed illi qui infectione pulmonis et eius saniosa habitudine sunt corrupti. quorum signa sunt ista. sputum saniosum/ corporis macilentia/ colli gracilitas et tussis cum difficultate anhelandi. facies subtumida. tument et dolent oves oculorum. Emoptoia sunt per hos sanguinem expumantes. quod contingit per aliam venae apertionem/ per humorum multitudinem et eorum fumositatem per corrosionem venae per caloris excessum. Calore enim poros aperiente sanguis emittitur et exsudat. et dicitur mitti per dyabrosim id est per resudationem. et tunc sanguis emissus est purus/darus et paucus absque dolore patientis et anhelitus sentitur calidus. Ab alijs autem membris frequenter redundat ad os sicut a cerebro. et tunc est cum rubore faciei et venarum et oculorum. quandoque a pulmone/ et tunc est sanguis spumosus cum tussi et dolore sinistae mammillae. et sic de alijs membris in quibus sanguis coherescit/ qui vi nature synthomatibus moritur nunc per nares/ nunc per os emittitur et purgatur. Prima itaque passio scilicet sputum saniosum sanetur dissolutione/ mundificatione/ et extersione. et caueatur ne in putrem convertatur. longum. n. emptina post pleuresim. .j. xl. dies in putrem commutatur ut dicit Hypo. Secunda vero passio scilicet emoptoia eorum sanetur mundificatione/ strictione medicinali. sicut in viatico princeps. et in plate.

De ptisi.

Ptisis est sumptio naturalis humoris corporis ex ulcere pulmonis proveniens. fit aliquando ex reumate a capite distillante in pulmonem quem repercutit/ et repercussione cauat/ et cavando ulcerat. sicut gutta paulatim distillando petram cauat. fit autem ex nimia substantie pulmonis siccitate/ que arefactione de facili laceratur. sicut pampinus vitis in fine autumnii desiccatus/ levi vento dissipatur.

fit autem aliquando ex sanguine quoniam aliqua vena rumpitur in pulmone sanguis talis aliquando insaniam convertitur. et sanies inficit et ulcerat pulmonem. unde Hypo. Ex sanguine et sputo ptisis et fluxus etc. ex ulceratione pulmonis sic sumitur totum corpus. primo. n. per sui dilatationem ab exterioribus trahit aerem quoniam ministrat cordi ad sui innati caloris mitigationem. quod dum ulceratur propter sensum proprie lesionis cohibet motum suum. nec sibi debitum dilatat. unde in sufficientem aerem cordi administrat/ quare paulatim calor incenditur/ et paulatim corpus consumitur. febris enim ethica concomitatur ptisim que substantialem sumit corporis humiditatem omnem. n. ptisicus/ ethicus est. sed non convertitur. talis. n. passio non de facili curatur/ ex quo inualescit. et assignatur ptisim rationem. Dicitur inquit vulnus difficile sanatur/ nisi mundeatur. vulnus autem pulmonis purgari non potest nisi cum tussi. tussis. n. vulnus consolidari non permittit. dilatat. n. et aperit/ unde putredines maiores in se recolligit. dum enim partim colligit/ partim purgat/ insanabile reddit apostema dum ita circueat. qui quod ptisicus vult sanare primo vulnus pulmonis sanatur/ postquam putrescat. ista autem ptisim confirmata sunt signa. calor ptisimus/ lentes in volis manuum et pedum acutior rubor/ in maxillis strictura inflata/ sicut cum asperitate lingue/ colli gracilitas/ totum corporis sumptio/ vnguium et extremitatum strictio/ precavitas sicut oves oculorum/ dolor sinistae spatule usque ad humerum/ fluxus capillorum/ et si signum est mortis in primo committitur/ sicut sputum fetidum et virulentum. et anhelitus plenus fetidus/ sueto/ signat totalem substantie pulmonis corruptionem. talis est nutriendus dieta quae refrigerat et solidat ac restaurat. Denique mediae frigida/ caloris febrilis mitigativa. mediae ceterum mollificativa/ precipue tamen cavendum est ne nimis solvat. quod si fluxus accedit/ mors intrat/ vita recedit. ut dicit egidius. Valent eis humectantia et humoris sumptio restaurativa.

De Tremore.

Tremor siue cardiaca est passio cordis sic dicitur. quod a defectu cordis oritur sepe duplex autem est cardiaca. scilicet dyaporetica. id est pororum aptiva. quod pororum aptione committitur. alia dicitur tremens. quod cum quodam tremore sentitur motus cordis. Dyaporetica est ex causa calida et caloris distempantia circa spiritualia. unde et porum aptiunt. humores et summi resoluuntur/ quod summi exiens per poros in sudorem condensatur. et ex tali frequenti sudore hydropisis vel ethica generatur. et tales ex defectu spirituum sepius syncopisunt. Cardiaca vero tremens

De infirmitatibus

fit quibus ex frigida causa / quibus ex melancholica / quibus ex flegmatica. Nam talis humor abundans in pulmone opprimit aliquoties cordis utranque capsulam ipsamque cordis substantiam. unde impeditur debitus motus cordis et obturatur vena per quam discurrit spiritus vitalis. et tales praeumpunt in subitam suffocationem. et ideo dicitur talis passio tremens. quia si teneas manum super cor / non senties / cor debito modo dilatari / sed cum quodam tremore patet et exilit tantum moveri. Aliquibus est cum febre lenta. aliquibus cum febre fortis. et tunc magis periculum. aliquibus est sine febre. Aliquibus melancholia est in causa / et tales incurrunt in passionem que dicitur in cubus vel phialtes. Aliquibus accidit ex vitio epatis a quo non mandatur sufficientis nutrimentum cordi. unde deficit et debilitatur. ut dicitur Galenus. Aliquibus accidit ex mala dispositione aliorum membrorum / et quorum colligantia cor patitur. Sicut quibus a cerebro vel stomacho transmittitur humor vel humor novus unde substantia cordis leditur / deficit / vel generatur. et ideo talibus accidit tremor cordis ex acumine fumi vel materie que pungit et moratur / dicitur corpus substantiam unde fit in eo tremor. accidit et sicut / propter cordis oppressionem / et calorem intensiorem / unde siccitas et sicut suspensum / et artus anbelitus. quia cor laborat ad aerem attrahendum cum non valeat dilatare se / accidit tremor ex fumo melancholico et ex siccitate spiritum perturbante. accidit et per ignem / quia deficit naturalis calor et inde torpor et pigritia generatur. Ex defectu etiam cordis et debilitate spiritum accidit syncope / quae a vulgo spasmano vocatur. et hoc contingit aliquando ex accidentibus anime. ut ex timore cor nimis restringente. aliquibus ex nimio gaudio / vel ita cor dilatante et spiritum exalante / vel ex evaporante et solvente. aliquibus accidit ex accidentibus corporis / sicut ex mala complexionem / vel repletionem / vel nimiam inanitionem / ex venarum opilatione et spirituum oppressionem. aliquando ex nimio sudore. Ex hac autem syncope quidam incurrunt mortem subitam opilata vena caeva per quam sanguis et spiritus vitalis / ad cor transferuntur. vel etiam opilato meatu per quem pulmo frigidum aerem solet recipere / et a se fumositatem superfluum removere. quandoque etiam ex matris vel stomachi nimis repleta oppressionem. In omnibus ergo istis periculis si humor est in causa purgetur debito modo humor peccans. dicitur confortativa / et spiritum reparativa et resumptiva. si est ex nimio fluxu vel nimio sudore fluxus incipiat / sudor resumat. Si ex nimia repletionem stomachus evacuetur / et tremorem cordis confortativa praesentent. sicut dicitur de margariton / et electuaria et medicana in quibus cum alijs confortativis imponuntur in istum aut

rum aut margarite siue perule / vel perule ossa de corde cervi / ambra / lignum aloes / spodium. h. n. omnia valent contra cardiacam et synopim / et alias similes cordis passiones maxime quando accidit sine febre. in febribus autem calida non sunt danda.

De febre.

Febris autem ex distemperantia cordis accidit et pervenit. quia ut dicitur Galenus. febris est calor non naturalis a corde exiens / raptus ad omnia membra corporis corruptioque nocens actioni. Dicit etiam Hippocrates in epidemio. febris est calor cursu nature exiens in opibus eius nocens. Auid. autem sic dicit. febris est calor exiens in corde accensus et procedens ab eo medianibus spiritibus et sanguine / per venas et arterias in totum corpus et inflammatur in eo inflammatione que nocet opibus naturalibus. febris etiam ut testatur Hippocrates. est flamma a pectore procedens in totum corpus. Diversificatur. n. febris tripliciter secundum maiorem potentiam corpus humanum. componitur. n. ex subtilibus. id est ex spiritibus et liquidis. scilicet ex humoribus / et solidis corporibus. scilicet ex ipsis membris. Est itaque prima species febris. quoniam distemperant spiritus in calore. et dicitur effimera. Secunda in humoribus / et dicitur putrida. Tertia que accidit solidis membris / et nominatur ethica. et ut dicitur Galenus. et Galienus. has febres bonis aptavit similitudinem. Effimera (inquit) febris vento calido videtur similis esse quo ut impletus ex sui calore necesse est ut calefiat. Idem etiam facit spiritus calefactus circa cor et totum corpus. Putrida vero febris aque calide est similis. aqua. n. calida cum frigidum vas impleverit / ipsum in calore suo calefacit. Similiter humores calefacti / calefaciunt corpus et alia membra. Ethica autem febris vase calido aqua frigida pleno est comparabilis. aqua. n. frigida ex vase calido calefacit sic et febris ethica cum sit radicata in membris calefacit cor et alios humores corporis distemperat et immutat.

De Effimera.

Effimera autem febris dicitur (secundum Galienum) ab effimero quod est simplex. quia fit ex distemperantia que fit in subtili substantia ut in spiritu. Vel ut dicitur Galenus. in libro febrium. Effimera ab effimero belua manna dicitur / que in eodem die quo nascitur / moritur.

Vel (fm magistros) dicitur quasi unus diei februm
 meron. n. dies dicitur apud grecos. raro. n. suus fe-
 uor ultra unius diei terminum se extendit. sem-
 per. n. post diem unum deficit cito. vel in febre
 putridam vel etbicum se conuertit. ut dicit co-
 stan. et Isaac. Accidit autem ista febris ex cau-
 sa interiori et etiam ab exteriori. Ab exteriori au-
 tem fit dupliciter. scilicet a frigore et calore. a frigore
 ut ex subita frigiditate aeris scilicet quando ex dau-
 sis subito poris exterioris summi calidi interioris
 cluduntur et ex eorum conculcatione et multipli-
 catione calor intenditur ex quo cordis distem-
 perantia generatur. Aliquando accidit ex calore
 et distemperantia aeris siue solis. Quandoque ex
 radiorum repercussione spiritus animalis dis-
 stempatur. et propter colligantiam spirituum et
 humorum totus homo distempatur. A causa
 interiori effimera quandoque ex calore spirituum
 et humorum complexio hominis casu aliquo
 subito immutatur. sicut ex nimia exeratione
 precedente. ex nimia calidorum frequentia. ut
 vinorum alborum et huiusmodi. ex quorum nimio
 usu calor aliquotiens intendit et febris effime-
 ra generatur. hec species febris inter alias citius
 et facilius incurrit sed facilius sanat. multum
 tamen periculo est et grauis quam in putrida vel etbi-
 cam commutat. Accidit autem specialiter ex qui-
 busdam apostematibus in guine nascenti-
 bus et sub ascellis / que quidem a medicis bu-
 bones nominantur. unde non sine causa in am-
 pboris. dicitur. In bubonibus quidem omnes fe-
 bres male exceptis effimeris etc. Signa autem
 huius sunt urina non multum distans a sana ali-
 quantulum intensa et aliquantulum subtilis.
 pulsus durus et velox et frequens. non multum
 a temperamento recedens. relique vero virtutes / ut ap-
 petitus et motus voluntarius parum immutantur
 Decet facili febris curari / si a graui dieta vti-
 patiens et si a nocuis caueatur.

De etbica.

Et bica febris est que ledit solida membra
 Et dicitur ab etbis quod est habitudo quasi
 febris puerua in habitu. Aliqua autem est
 etbica febris et morbus per se. aliqua propter alium
 morbum. per se fit morbus aliqua ex etbis nimis ca-
 lidis et potibus. aliqua propter nimia exercitia /
 sicut propter studium immoderatum / vigiliis /
 et similia quibus calefit spiritus animalis / et
 prosequens naturalis. et ita calefit et minoratur
 humiditas naturalis et inducitur etbica. Ali-
 quando etiam causatur ex alio morbo. sicut effi-
 mera / vel ex putrida interpolata / vel acuta etiam

propter calidum apostema. Sepe enim contigit
 quod effimera excedit tertium diem persistens in
 vna qualitate. et apparet in cute infirmi quodam
 obscuritas / liuiditas / citrinitas / consumptio /
 et tunc illa effimera in etbicum commutatur.
 Maxime autem accidit ex effimera / que est ex
 angustia / tristitia / ira / odio / et vigilia immode-
 rata / et similibus anime exercitijs. ex febre in-
 terpolata. quia calor innaturalis calefacit mem-
 bra et desiccatur propter acutam / quia calefacit san-
 guinem vel predominantem substantialem consu-
 mit humiditatem. Quibus enim extenuatur san-
 guis / quia non est debitum nutrimentum mem-
 brorum unde sequitur consumptio. Sicut .n.
 fit in arboribus que desiccantur ex caliditate et sicc-
 itate aeris humiditatem consumente in estate.
 vel ex nutrimenti ablatione / sicut accidit in bie-
 me quando cadunt folia / vel ex nutrimenti cor-
 ruptione et permixtione ad malas commixtio-
 nes et qualitates / sicut ad vitrositatem / sulphurei-
 tatem / et huiusmodi. et sic contingit in huma-
 nis corporibus. Quibus enim fit nutrimenti ab-
 latio propter impotentiam nature in digerendo
 cibo et in restaurando deperdita. sicut accidit in
 senibus quando calor extraneus corpori do-
 minatur et substantialem humiditatem mem-
 brorum desiccando destruit et consumit. quod
 solet accidere in etbica / que provenit ex acuta /
 vel ex accidentibus anime quando sanguis nu-
 triturus membra radicalia mutatur a sua dul-
 cedine et sapore. quod accidit propter apostema-
 ta proluxa corpus calefacientia et consumen-
 tia / que sunt aliquando causa febris etbice / si-
 ue habitualis. In generali autem ista sunt
 signa huius febris. Calor nocivus equalis in
 qualibet parte humani corporis. Secundum
 signum est quod calor levis est et non pungitivus. ut
 de infirmi pati febrim vix se putant. Tertium
 signum est quod eorum calor et liuidus et pluri-
 beus aut citrinus. Quartum est quod eorum cor-
 pora sunt aspera / oculi concavi / siccam emittentes
 lippitudinem / nutrimenta enim eorum hu-
 miditas ab eis ablata est. Particularia autem
 signa sunt diuersa secundum diuersas species
 huiusmodi febris. Species autem diuersifican-
 tur secundum diuersas humiditates. Dicit .n.
 Auicenna. quod quattuor sunt humiditates.
 Prima est in extremitatibus paruarum vena-
 rum subintrantium essentiam membrorum co-
 similium. Quando autem superaccenditur
 hec humiditas / fit febris putrida et non etbi-
 ca. sed facile generat etbicum et inducit. Sec-
 unda humiditas est que est in porositate me-
 (brorum similitum / sicut ros

De infirmitatibus

unde etiam et ros ab auctoibus appellatur. et cum hec superascenditur / fit proprie prima species etbice. **T**ertia humiditas est que puerfa est actione membrorum similibus ex parte nature et complexionis ipsorum membrorum. et stat loco deperditorum unde et ab auctoibus tantum nuncupatur et quando hec superaccenditur secunda species etbice preceatur. Est et quarta humiditas colligata et continuans omnia membra et est a spermatica humiditate. et hec dicitur glutinum partium que cum consumitur non reparatur. et hec inducit tertiam speciem que est incurabilis. si enim posset hanc humiditas reparari / posset fieri regressus a senectute ad iuuentutem. (vt dicit Auid.) Prima itaque species. (vt dicit Isaac in libro de febribus) est facilis ad curam et difficilis ad agnitionem. si calor augmentetur et desiccetur humiditas vicina coagulationi fit secunda species. et est facilior ad cognoscendum et difficultior ad curandum. quam vero intantum intenditur calor qui desiccatur humiditatem colligantem membra fit tertia species / que est facilis ad agnoscendum et impossibilis ad curandum. In prima vero specie cum signis generalibus supra positis calor augmentatur ante prandium. In secunda vero post prandium plus sentitur. et in tertia maxime / cuius causam assignat Isaac in libro de febribus dicens. Humiditas tibi tria est calori innaturali. Unum quod illum suffocatur ex toto. vt in prima specie que debilis est. et ideo est ante prandium maior calor. Si autem ad suffocationem caloris non sufficiat / saltem calor interius sopitus excitatur per suum oppositum. et fugiens primum exit ad membra exteriora. sicut quando proicitur aqua frigida super calcem viuam non extinguitur. Tertia species (vt dicit Isaac) per sensum. Nam facies mutat in liuidum colorem propter subtilem humiditatem desiccata et virtutis defectum. nares sunt subtiles et acuti et oculi concavi / tempora aspera / quod presumpto humore / apparet asperitas ossium et copago motus palpebrarum et supaliorum fit guttus propter oculorum siccitatem unde sine voluntate clauduntur oculos qui quati a sono propter defectum tactu sentiunt frigidum et siccum. et per moram se ascendit calor maior. detecti non videntur hanc viscera et tactu eorum qui tabule si cui eleuetur / non descendit inferius propter defectum humiditatem. pulsus debilis / et spissus / et durus / vna siccitas est oleo in liquore et fusa super petram sonat sicut oleum. De infirmitate quo ad primam speciem cito curet ne cadat in secundam / que difficulter curari potest. curatur autem per dietam medicamriter temperatam et per medicinas calorem repressiuas / et confortatiuas / et humorum partium restauratiuas et ad hoc precipue valet electrum prius. balneum autem

solet cum rosas / violis / maluis / et alijs confortatiuis herbis et humectatis. balneum autem non debet esse nimis calidum / sed quasi tepidum. ne nimia humorum consumptio consequatur / et non fiat in balneo longa mora. Inungi etiam solet vnguentis resumptiuis / in frigidatiuis / et humectatiuis. sicut oleo violato cum melle albo / et lacte mulieris masculinum nutriens. Specialiter dicitur plate. quod valet etiam et primum lac caprinum in quo lapides fluuiales sunt extincti si ieiuno stomacho et inanito patientibus tribuat.

De febre putrida.

Febris putrida ex putridis humoribus ex quibus gignitur / putrida est vocatur. Dicit autem Isaac quod ista putredo sic fit fieri malis humoribus et superfluis in aliqua parte coadunatis / ex calore extraneo et innaturali quocumque casu superveniente / que quidam fit humorum perturbatio. mouentur enim humores per illum calorem et ebulliunt / sed tamen non digeruntur. neque facta diuisione inter partes laudabiles et non laudabiles mundificantur / sed potius facta ebullitione pariter commiscetur / et ideo necessario partes corrumpunt. Cum igitur materia grossa et viscosa in corpore coadunata moueatur a calore / necesse est vt resoluatur in vaporem qui vapor intrat humidum grossum manens in se occultatur et non libereralans et exiens propter grossitatem materie sibi resistentis / corrumpitur et putrescit. huic autem putrefactioni maxime disposita est complexio iuuenum et calida et humida quando excessus est in humiditate et calore. complexio frigida et sicca non sic ad putredinem est parata. et ideo frigidi et sicci grandem raro febres putridas patiuntur. quia siccitas complexionis desiccatur humorem et coadunatur. et diuisioni materie ad dilatationem obuiat et repugnat / que sunt dispositiones medie ad putrefactionem. Frigiditas autem congelat et resistit calori facientem ebullitionem. **P**alam igitur est intelligere / quoniam cause facientes putrefactionem / sunt humiditas disponens / et caliditas humorum mouens et ebullitionem faciens in humoribus / quorum feces vt dicit Isaac non diuiduntur nec mundificantur / immo immo permiscuntur et ideo ad putredinem necessario disponuntur. Huic autem putrefactioni cooperatur maxime pororum corporis clausio et restrictio. quia constrictis poris non potest fieri superfluitatis resolutio neque euaporatio. et ideo est (necesse

quod maior fiat humorum pro calorem commotio et corruptio presertim cum talis calor sit innaturalis. et non sit nature regitius / sed potius corruptivus. His autem causis putrefactionis coopantur etiam quedam extrinseca. ut inordinatio dietę exercitij / et etiam medicine et similia. que omnia interiori corruptioni vel putredini coopantur quam modo indebito et in ipse humor corpori extrinsecus adhibent. Ex humiditate igitur in aliqua parte corporis sic putrefacta / resoluitur fumus calidus et corruptus / qui cor petit / ipsum distemperat atque ledit / ac deinde per venas et artenas se diffundens febrem putridam corpori introducit. sicut dicit Isaac et Galen. Materia igitur sic putrefacta que putride febris est causa aut continetur in aliqua parte corporis. sicut in stomacho et in epate vel in alia / tunc est causa febris que dicitur interpolata. Aut continetur intra vasa. scilicet in venis et arterijs. et tunc est causa febris que est continua. Causa autem continuitatis febris putredibilis est corruptio humorum / et coartatio vaporis inflammantis in arterijs et in venis / et sic per causa et ratio omnium febrium putridarum in genera siue sint continue / siue discontinue / et interpolate.

De signis febris putride.

Starum autem febrium putridinalium quedam sunt signationes generales. Prima est / quod materia talis febris diu permanens in corpore / sed superveniente causa externa calefit et putrefit in effectu. Secunda signatio est / quod talem febrem precedit rigor vel frigus maxime si materia fuerit intra vasa et vicina sensilibus membris / quia ex materia frigida resolvuntur quedam fumi que ledunt nervos sensibiles ex quibus rigor vel frigus generatur. Tertia signatio est / quod talis febris habet interpolationem veram in interpolata. vel declinationem manifestam quemadmodum in continua. Quarta est / quod talis febris maximam generat angustiam propter multitudinem et grossitudinem fumi de materia putrida generati propter quam fit deordinatio caloris et virtus ad interiora donec natura expellat se a fumo illo. et hoc tempus diversificatur secundum diversitatem materie in subtilitate et in grossitate. quod si materia fuerit subtilis et virtus fortis / cum velocitate dissolvitur et spergitur per corpus et redit virtus ad membra sicut prius. Si vero materia fuerit grossa et virtus debilis / erit e converso. Quinta signatio est in statu febris / quod tunc occurrunt accidentia signantia plenitudinem putredinis. sicut dolor capitis / malicia anhelitus / sitis et sitia. Sexta est / quod corpora non plene mundificantur apud quietem febris / sed remanent adhuc in corpore male qualities propter quas remanet debilitas in corpore / et

etiam redeunt ipse febres et accessiones. Septima est / quod non remanet univisiformitate quemadmodum et ceterę febres apud solutionem / sed quiescit omnino interpositis diebus et declinat. sicut in continua interparaxismos. Sunt et multe alie significationes / que in febribus particularibus de notant.

De febribus interpolatis.

De febribus autem interpolatis quedam pueniunt ex humore simplici putrefacto et vasa. ut ex fleumate naturali vera / quotidiana / ex colera rubea tertiana / ex colera nigra quartana. Quedam vero ex humore composito generantur / ut quotidiana aliqua est ex fleumate acetoso. aliam ex vitreo / aliam ex dulci / aliam ex falso. Et iste febrium diversitates / propria signa dinoscunt. In istis autem febribus cõter accidit dolor capitis / insipiditas oris / guttas corporis / frigus precedens / calor subsequens / singulis diebus accessio renouatur. et quod prius est / aliquoties duplicatur. Omnis febris materia congrua medicina digeratur / dividatur / et expellatur / dieta congrua regatur. precaueat etiam medicus / ne in quartana / vel eblicam terminetur.

De tertiana.

Tertiana febris fit ex colera putrefacta / ex vasa et non collecta ad apostema. Fit autem tertiana / alia ex colera naturali / alia ex innaturali. ut ex colera citrina vel vitellina. Tertiane ex colera naturali facit hunc signum. de tertia die in tertia affligit / et potissime circa horam tertiam. Primo frigore. deinde calore / dolore frontis / amaritudine oris / siti / tinnitu aurium / instantia vigiliarum / urina rubea / subtilis et tenuis. xiiii. horas ad plus potest habere in labore. et alias. xiiii. horas in quiete. Symptomata vero materie dispoent variantur et signa. nam si materia fuerit in ore stomachi / dolor frontis est maior. Si vero sit in asperitate siccis / gutturis et oris adest voluntas vomendi. urina enim colerata. Si fuerit in intestinis / predicta signa non sunt ita intensa / sed dolor est circa umbilicum et urina est magis intensa. Si vero fuerit in epate / vel in cistis fellis coloratio erit urina cum spuma crocea. Si autem fuerit febris ex colera citrina vel vitellina / variantur in parte signa. quia affligit primo frigore / deinde lento calore / inter horam colere et fleumatis mouetur. urina est citrina / medicriter tenuis / plus tamen accedens ad tenuitatem. horis incertis mouetur. quia modo anticipat / modo suboccupat. assunt et predicta signa. scilicet dolor frontis. et cetera. sed sunt potius remissiora.

De infirmitatibus

Hec febris sicut et quotidiana aliquando est simplex/aliquando composita. Simplex est que fit ex vna materia in vno tñ loco putrefacta. Composita vero siue duplex que fit ex diuersis causis in diuersis locis putrefactis. sicut continua fit duplex quoniam flegma diuersum in diuersis locis est putrefactum. Signum autem talis tertiane est/ quod omni die affligit. primo frigore/ deinde calore/ sed de tertio in tertium quiescit/ et in diuersis horis. Urina mediocris est in substantia sub rubea vel ruffa/ superius aliquantulum obumbrata. Causa itaque simpliciter tertiane cognita/ diuersa primis ordinibus secundum etatem/ secundum tempus et nature qualitatem/ deinde medicina debita subsequatur. Primo materia cum syropo acetoso digeratur/ digesta cum oximelle laxatiuo purgetur cum alia congrua medicina. Si fuerit materia in ore stomachi/ vomitus prouocetur/ digesta tamen prius materia. quia digesta oportet medicari et mouere non cruda. ut dicitur in ampho. Materia vero cognoscitur per anticipationem accessionis/ per remissionem rigoris vel frigoris. et caloris augmentationem/ per maiorem afflictionis plenitudinem/ per urine inspissationem. quando ergo apparent talia signa digestionis/ purgetur materia ipsius febris siue sit composita siue simplex. Ista tamen semper adhibeatur consideratio et cautela. ut si fuerit materia simplex/ medicina sit simplex. et ubi duplex materia/ et ipsa medicina duplex.

De Quartana.

Quartana fit ex melancholia putrefacta ex vasa et non collecta ad apostema. Fit autem ista febris aliquando ex melancholia naturali/ aliquando ex non naturali. Quartane ex melancholia naturali facie sunt signa. De quarto die in quartum affligit horripilatione. primo deinde calore lento. xxiiij. horas habet in summo labore. ecq. xviii. in quiete. In horis autem melancholie affligit scilicet a nona inferius et seruat certa tempora accessionis. urina post accessionem citrina vel subcitina in diebus interpolatur quasi cruda pallida. s. vel subalbida et tenuis apparet. Si in stomacho materia fuerit/ adest oris acerositas cum stocamia et frigore et alijs signis pessimis et inordinatis. quia adest tristitia/ timor/ anxietas/ et alie anime grauissime passionis. et precorpius grauitas/ pigritia/ indigestio/ inflatio laterum/ ponderositas crurum et corporum/ vigiliarum inquietudo/ timor in somnis/ liuiditas in vnguibus et labijs/ marie in tempore accessionis. Dolor etiam accidit lumborum et sinistri hypochondrij cum timore

re spleuis appetitus fortitudo. quia ex melancholico humore graui et ponderoso/abus depmit/ ad fundum stomachi. vñ ore stomachi remanente vacuo desiderium excitat. Alie species quartane que accidunt cum admixtione alterius humoris. De dicunt noibe. et in illis mutantur signa secundum qualitates humorum/ que cum humore melancholico commiscentur. Illarum febrium differentias/ non est parum negotium declarare. Cognita igitur quartane causa et propria diuersa a principio dicitur fortia digestiua quia spissa est materia et compacta/ et ideo dicitur ea que natura digerant et mundificant. sicut oximel simplex et squilliticum. et huiusmodi materia digesta purgetur cum sibi appropriata medicina. cum calidis et aptis uis herbis ac mundificatiuis baluceis et subsumigetur. caueat a cibis melancholicis et nociuis/ utraque electuarijs/ et puluibus calidis confortatiuis humoris melancholici/ sumptiuis et alteratiuis/ et lenificatiuis. sicut est dyasene/ dyaborago/ letricia/ gallinis/ et huiusmodi. cum calidis viuentis et confortatiuis inungatur.

De Continua.

Febris continua puenit ex humore putrefacto intra venas cuius fumus perens ipsum ledit et febrem que dicitur continua corpori introducit. Dicitur humor aliquando est simplex/ aliquando compositus. Simplex quoniam putrescit sanguis in vasis/ et continuam inducit que synocha dicitur. Quoniam vero non putrescit/ sed quantitate superabundans conculcatur. fumositates vero conculcate calefiunt et distemperantur/ que distemperate spiritum vitalem distemperant/ et sequitur febris que dicitur synocha/ inflatiua. Quandoque etiam colera putrescit in subtilissimis venis oris stomachi/ cordis/ epatis/ et pulmonis/ que dicitur caufon. quia membra spiritualia urit et incendit. Quandoque etiam in alijs venis putrescit/ et dicitur tertiana et continua. Quandoque etiam colera et sanguis. si militer putrescunt in vasis. et siquidem maior pars sanguinis putrescat/ fit febris synodiches si vero maior pars colore putrescat/ dicitur caufonides. per varietate autem causarum variantur et signa. Synochi itaque hec sunt signa. febris continua/ dolor frontis et tymporum acutissimus/ sitis vehemens/ oris dulcedo/ urina rubea et spissa et quodammodo liueas. Eadem fere etiam sunt signa in synochia inflata excepto proliuore urine. apparet etiam oculorum eminentia cum venarum plenitudine et rubore faciei/ et totius corporis grauitate.

In caufon ho 7 alijs appet vrina rubicunda/
subulis 7 tenuis quadaz nigredine obumbra
ta/dolor frontis 7 tympoz catus q oculi 7 tym
pora vident davis pforari. color in corpe mix
tus cum citrino. fit indeficiens vigiliay instan
tia/lingue aspitaz 7 exustio cum pftipatoe ve
tris si peccauerit colera in qualitate vel in qua
ritate accidit ventris fluxus 7 vomitus coleri
cus. Eadem signa apparent in caufonide 7 sy
nochide. differentia tamen illaz. discernit po
tissime p vrinam. In his febribus ptnuis ex
sanguine generat/dz fieri sanguinis subtra
ctio ex vtroqz brachio vrinbus pmittentibus 7
etate. Dieta taliu dz ee tenuis 7 frigida sicut mi
ca panis i aqua lota/vel poma /bruna cocta
7 huiusmodi. Medicina debz esse sanguinis
repsliua 7 alternatiua. vt syropus acetosus/vi
olaceus /7 huiusmodi. contra syntonica. scz
contra vigilias 7 dolorem frontis /7 huiusmodi
maxime insistentum est. Iste infirmitates qu
qz sudore/quandoqz fluxu sanguinis p nares
vel aliunde salubriter terminat.

De fleumate.

Fleuma quicqz putrescit in vasis 7 facit
quotidianam ptnuam. cuius signa
sunt calor ptnuus. s in nocte maior/7
sine aliquo typo guedo capiti/ori insipiditas
vrina par colerata 7 spissa. horas bz. xvij. in
summo labore. 7 vi. in fleumate quiete. Aliqu
etiam melancolia putrescit in vasis 7 facit q
tanam ptnua. cuius sig sunt calor ptnuus. sed
de quarto in quartu die sp maior. 7 sic sine ty
po guedo capiti/calor lentus non multum in
tensus. 7 iste due vltime febres no discernunt
de facili p vrinam. Quicqz etiam putrescit fleu
ma extra 7 colera intra. 7 tunc febris inde gene
rata di minor enutricibus /cuius sig sut eadez
que 7 ptnue quotidiane. 7 tuc in sero ill adest
frigus/7 maxime frigesct tuc extrema adest g
uedo capiti/palpebray oppssio falso somno
opprimi. xvij. horas bz in summo labore. 7 vj
in no summo. s illd no summum summ? e sume
quotidiane ptnue. Quicqz putrescit fleuma in
tra 7 colera extra. 7 sic fit medius enutricibus/
7 signa sunt calor ptnuus. s de tertio in tertiu
guus intendit. 7 fit cu frigore pcedente cu do
lore capiti 7 siti. xxxvj. horas bz i summo labo
re. vij. in fleumate qete/vrina rubea mediocri
tenuis /vl spissa /vel liuida. Aliqu putrescit me
lancolia ex 7 colera intra. 7 fit maior enutrici
bus/in quo e maior calor. 7 omnia syntonata
peiora q in pombus. Urina aliqu est vindiis /

aliquando nigra /aliqu liuida 7 discolorata/
que omnia sunt sig mortificationis .xj. horas
bz a summo labore/7. xij. in no sumo. Istaz
februu ppositaz spes 7 differentias vix perit
medicus pot discernere. qz vt dicit hypo. i am
pho. Acutoz morboz non sp sunt pnunciato
nes certe neqz sanitaqz neqz mort. vt dicit gali.
qre in talibus morbis aliqu pfectus medicus
errat ppter velocitatem motus materie morbi
7 etiam ppter defectum vel pntem patienti q
ignorat. 7 ideo b finem de istis febribus impo
nemus. Que. n. b posuimus ab Isaac/a con
stan. ab Auic. ab alex. certissime tradita repi
mus. 7 etiā a Gali. Hoc aut non lateat q mi
nor enutricibus curat cum difficultate. medi
ho vix/ai aliqu. s maior nunq nisi diuina ma
nu. vt testat Gali.

De Doripilatione.

Doripilatio est qdam pua 7 pua di
spositio ex febrili materia in corpe sur
gens accessiones febriles pnticians
7 pcedens. Vt aut ex frigido fumo a frigida
materia fleumatica vel melancolica resoluta/q
subito p mebra se corpis diffundens/nervos 7
musculos tangit. Ex sua frigiditate autem con
stringit. vñ radices piloz stringens poros clau
dit/7 ipos pilos rectos 7 rigidos fumus frigi
dus facit. vñ horripilatio sim fido. Dorrida
di piloz erectio qu cu quoda horrore alcius
timor gra pili capiti subito eleuat. timor enim
subitus calore ad interiora reuocat. 7 ideo cor
poris superficies a calore depaupata extenuis se
pbit 7 corrugat. 7 sic pns pili in superficie cut
involuntarie erigunt. Eadem g est ro 7 causa i
febricitantib? horripilatois 7 tremor/7 frigor/7
rigor. vt dicit pstan.

De fastidio.

Intra membra nutritiua diuerse acci
dunt passionis. sicut circa stomachuz
fastidium /bolismus /vomitus /7 bu
lusmodi. Fastidium est immutatio appetit
vt dicit pstan. Est aut fastidium aboz 7 potuum
involuntaria abhoiatio nnti nutritiue maximu
inferens nocumentu. vñ dz fastidium/qi facies
tedium. vt di. fsi. qz in illo inuenit ho fastidio
sus tediū/in quo alit recipit solacium 7 nature
oblectamentu. ffit aut tribus modis/ex spūuz
defectione /ex nervoz sensibiliū opilatōe/ex hu
moz calidoz vel frigidoz nimia repletōne. p
mum pz. qz ai spūs sint infra nntu vt eas ex
citet ad suas pagendas opatoes /ex eaz defec
tu appetitiue nnti opatio impeditur. Scdm
etiam pz. appetitus. n. stomachi qui pprie dz
desiderium a duplici virtute perficitur salis/

De infirmitatibus

naturali appetitua ⁊ ab influente sensitua
Cum igitur nervis sensibilibus opilat / spiritus
animalis non possit descendere ad os stomachi
ut perficiat appetitum non immerito altera causa principalis
deficiente deficit appetitus. Tertium patet.
quia cum ratione vacuitas fiat appetitus / reple-
tione facta ex humore / appetitus non immerito
impeditur. Signa autem quando deficit ap-
petitus propter defectum spirituum sunt ista / totum
corpus macilentia ex febre precedente / ex ieiunio
nimio / ex vigilijs ⁊ fluxu ventris nervorum compri-
lacionem cognoscimus ex hoc quod patiens in assu-
ptis nullam habet vel parvam delectationem ⁊ tunc
maximam partem stomachi indigestionem. Stomacho
propter abstractionem spirituum in frigidato-
ribus etiam in transitu sentitur frigidus. propter
predictam causam calidorum cognoscimus hu-
morum abundantiam ex amaritudine oris / ex sic-
citate lingue cum siccitate ⁊ ex calidis fumositate
palatum excoeriantibus. Adest etiam quando
quod vomitus croceus frigidus humores sanus
esse in causa ex eructationibus acidis vel insi-
pidis siue fetidis / ex indigestione ⁊ stomachi
guedine. Quando igitur defectus spirituum est in
causa / opandū est contra illa propter que sunt spi-
ritus in defectu. quia si ex febre / agendum est con-
tra febrim. si ex ieiunio ⁊ corporis consumptione
perdita / sunt abis ⁊ electuarijs confortantibus
reparanda. ⁊ sic de aromaticis ceteris fiant fassa-
menta spiritus reparantia ⁊ officium stomachi
confortantia. ex aceto scilicet ⁊ menta ⁊ huiusmodi.
aromatica sepius naribus apponant. Si fue-
rit opilatio in causa videlicet si nihil obsterent
quod patiens de mediana dextri brachij minuat
dentur calida diuisiva / calida etiam confortantia
ut dyacimium ⁊ similia. nisi nimia calidi-
tas sit in causa. tunc. n. syrupo acetoso est ven-
dum / ⁊ materia congrua medicina est euacuan-
da. Si humores frigidus sunt in causa / Purgetur
stomachus cum benedicta vel alia congrua me-
dicina ⁊ calidis confortet / diuersa cibaria sunt of-
ferenda etiam si aliquantulum fuerint nocua.
si ea desiderauerit / ut sic in eis excitetur appe-
titus. Juxta illud hypo. Parum deterior ab
⁊ potus melioribus quidem / delectabilis non ma-
gis est apponendus.

De Bolismo.

Bolismus est immoderatus ⁊ qui can-
tinus appetitus. Dabet autem fieri ex
frigiditate oris stomachi durante / aut
ex parte cum humore / frigiditas igitur intensa assum-
pta cibaria vi expulsiōnis trudit ad inferiora / ⁊
sic stomachus inanitus ratione vacuitatis appetit.
Stomachus autem ex multis causis in frigidat / si-

cut ex nimis frigida dieta ⁊ huiusmodi. Dicit
Galienus quod bolismus nascitur ex nimio calore mem-
brorum quorum venae trahunt ab epate. epate vero
plurimas venas extrahit a stomacho. a quo
subito inanitur stomachus / ⁊ sequitur appetitus
quasi continuus ⁊ immoderatus. ⁊ dinoscatur per
intensionem urine / quia cito aduenit. nec tam
per eum spiritus deficit. isti conuenit frigida medi-
cina ⁊ grossa dieta. Bolismi autem hec sunt si-
gna. scilicet quod homo plus debito appetit ⁊ plus so-
lito comedit. ⁊ tamen ex assumptis nihil corpori
addit / sed attenuatur potius ⁊ marcescit. Ad-
est frequenter fluxus ventris. Accidit autem ap-
petitum immutari ut appetat quis nocua. ut
carbones terram / ⁊ salem / ⁊ huiusmodi. ⁊ ha-
bet fieri ex humore melancholico vel colerico in-
ficiens os stomachi. ⁊ quasi quandam lanugine-
m inducente. unde stomachus infectus ratio-
ne conformitatis appetit talia / ut in pregnantis
patet. in emoroidarum ⁊ mensurorum retentio-
nem patientibus / in quibus furius ab immu-
do sanguine resolutus. inficit nervos sensibi-
les stomachi ⁊ immutat appetitum. Contra
bolismum ergo dentur calida stomachum con-
fortantia. Dentur etiam cibaria vinctuosa ⁊ mul-
ta pinguedine addita / ut vinctuositas ori sto-
machi intrans / fastidium generet ⁊ inducat / ⁊
si humor frigidus ac fleumaticus fuerit in cau-
sa / ut frequentius accidit / stomachus purgetur
tandem calidis electuarijs interius / vnguen-
tis calidis exterius confortet. Consimili modo cur-
ret inordinatus appetitus.

De singultu.

Singultus est sonus violente motio-
nis stomachi ex spasmosa dispo-
sitione. fit autem duplici de causa principaliter.
scilicet ex nimia repletionem vel ex inanitione
⁊ quibus ex frigore. his. n. de causis nervi stoma-
chi habentur. quibus contractus / fundus stoma-
chi superius eleuatur. virtus autem regitua ni-
tatur ipsum ad naturalem situm siue positionem
reducere. Ex tali. n. ascensu vel descensu (ut di-
cunt quidam) fit quidam sonus qui dicitur singultus
vel ut mihi videtur dum fundus stomachi eleua-
tur aer in medio contentus vi expulsiōnis exiens
dum alteri aeri obuians per angustum transit
facit sonum qui dicitur singultus. Quando ac-
cidit ex repletionem / fit cum vomitu humorum
vel aborum. Et accidunt euacuationes diuer-
si saporis secundum humorum abundantiam
⁊ diuersitatem / ⁊ plethorica est corporis habi-
tudo. Dieta enim precessit nimis larga.

Quando autem fringit et inanitione cognoscit per febrim/vel fluxum ventris/vel sanguinis et per alia/que extenuant corpus. Sed quando accidit ex frigiditate/cognoscit per frigiditatem aeris/vel per dietam frigidam precedentem et huiusmodi. Contra singultum ex repletionem/utendum est vomitu et alijs euacuationibus calefacientibus et desiccantibus. Contra singultum ex inanitione si fuerit sine febre/utendum est restauratiuis et humectantiuis. Si vero fuerit cum febre periculosior est. Contra singultum ex frigiditate acualiter calidis et potentialiter utendum est. valet etiam stemuratio si puocet. valet etiam timor si ex improviso incurrat. vel si aliquod valde verendum subito obijciatur. Nam calor reuocatus ad interiora propter verecundiam vel timorem dissoluit fumum/que materia est singultus

De vomitu.

Vomitus est aborum et humorum a stomacho violenta reiectio. Et hoc fieri istis modis/aut vi nature/aut vi sintomatibus. Quandoque enim superabundat in stomacho humores calidi/quandoque frigidi. Unde quandoque ex caliditate ebullitionem faciente/et humores dissolvente/sit eorum per vomitum expulsio. Sicut enim frigiditas intensa in ore stomachi vi compressionis repellit humores et cibaria inferiora. et est causa solutionis per secessum. sic caliditas dominans mouet eos aliquando sursum et est causa euacuationis per vomitum. Aliquando etiam fit ex ciborum et potuum superabundantia. que cum natura non possit regere vel digerere/ea repellit a se tanquam sibi superflua et nocina. Aliquando etiam accidit ex qualitate cibi vel potus et ex eius acumine. unde mordicat nervos stomachi/et puocat ad stomachum. Aliquando fit ex debilitate virtutis retentive et fortitudinis/expulsive. unde stomachus non valens assumpta retinere/per incontinentiam vomit ea. Aliquando etiam fit vomitus cum inferiora ventris fuerint fortiora et expellunt suas superfluitates ad superiora/et natura non valens retinere ea/inimmo abominans et abhorrens per vomitum expellit. illa etiam fit aliquando per compressionem et eleuationem stomachi ex vicinitate et colligantia aliorum membrorum quando casu aliquo patiuntur. ut ex matrice. unde frequens vomitus signum est impugnationis. ut dicit Galienus. Vomitus itaque laudabilis est quando fit vi et operatione nature. vel quando fit sicut oris/et quando oportet adiutorio medicine/ quando fit in dicerentis et eger ex vomitu releuatur. Vomitus enim laudabilis

stomachum mundificat/seruitur digestive seruit et ministrat. totam naturam exponere/ab infirmitatibus infundis totum corpus hominis alleuiat. Si autem fuerit illaudabilis/serua operatur. Omnem autem vomitum naturaliter procedit motus et tremor labiorum/conatus et angustia spiritualium membrorum/nausea et abominatio/oris apertio/lingue distensio/et extensio venarum/arteriarum et nervorum/lachrymatio in oculis/emissio sudoris immutatio gutturis. Vomitus igitur si fuerit necessarius puocet amariacum/et infectio lingue palati atque oris. Si superfluum et nocuum/restringatur. Circa vomitum autem ex frigida causa valent calida et confortatiua/tam electuaria/que vnguenta. valet etiam dyacoronitio calidum dyanisum/dyacinimum et hmoi. et calidam non causam valent frigida et sicca. restrictiua et refrigeratiua. ut quibara/rosacea/dyaronon/trisandali et huiusmodi. Et hoc de vomitu dicta sufficiant.

De dolore stomachi.

Dolor stomachi multum de causis habet fieri. scilicet ex calore dissolvente/ex frigore coarctante/ex ventositate extendente/ex apostemate componente/ex humore calido vel frigido villos stomachi inuisicando. Ubi calor est in causa/dolor est pungentius/eruacuatō calida/parum pallida vrina. Grossa cibaria bene digerunt/subalia adurunt/amaritudo oris/secessus/colericus/vrina crocea. Ubi vero frigiditas cum humore est in causa/est dolor grauatus/dura male digerunt/leuia et subtilia melius/solet adesse vomitus stematicus/aud ventris stipatio/eruacuationes acetose. Ventositas si est in culpa cognoscit ex rugitu et gurgulatione/et eruacuationibus insipidis ex quorum emissionem patiens alleuiatur. Apostema si est in stomacho cognoscit ex febre et comitante ex punctura et ardore/et indigestione/et orificij extensione. Si igitur calor cum humore sit in causa humor digeratur et cum medicinis proprijs/purgetur stomachus/cum electuarijs frigidis confortetur/cum vnguentis frigidis exterius fomentetur. Si autem frigiditas cum humore sit in causa/curat modo prius. Si ventositas sit in causa curat cum illis que extenuant ventositatem. ut dyamarrum/dyacinimum/et hmoi. Magna enim ventositas in corpore et spiritualiter in ventre causat torsiones/que se inter humores insonit/ut dicit Galienus. et ideo oris ut sibi succurratur cum medicina ventositate ventris dissolutiua. et ideo dicit Galienus. ut ventosa sine scarificatione circumdet

De infirmitatibus

umbilicum / et ventositas exibat ab interioribus ad exteriora. quia sicut idem dicit. Plus ventositas ledit in multis causis quam humores. ut patet in hydropide. de quibus idem in eodem capitulo dat exemplum. Quicumque igitur vult perpetuam corporis custodiri sanitatem / custodiat stomachum ne nimium sumat cibum. Summa enim et perfecta medicina est abstinencia. ut dicitur in. iij. ca. de fastidio.

De dyarria.

Solet etiam ventri accidere dolor et torsura. ut dicit idem constantinus. ex humoribus in intestinis inuiscat. sicut dolor yliacus / colericus / et similes passiones. Accidunt autem iste infirmitates quandoque ex interdusa ventositate viscerum obvoluto extendente. quandoque ex humorum multitudine viscerum substantiam aggrauante atque ex aliquo apostemate lesionem intestinorum substantie inferente. aliquando ex lumbricorum multitudine viscera interius corrodente. aliquando ex aliorum membrorum colligantia compassione intestinis inducente. aliquando ex humorum acumine intestinorum substantiam mordicante et ulcerante. et iste passiones proprias habent causas et proprias significationes. Ventositas ergo cruda et grossa ab humoribus resoluta quando cum febris includitur in intestinis multas generat torsiones. et si fuerit resoluta fumositas vel ventositas a materia sanguinea erit dolor infirmitas. ut dicit commentator. Si ex colerica / erit pungentius si ex fleumatica / dicitur extensius. sed ex melancolica. dicitur grauatius. si vero ex vitreo fleumate / dicitur coglatius. Quando autem ex sola ventositate est / tunc dicitur dolor deambulatiuus. Ita dicit de verbo ad verbum commentator super Johannem. Et his verbis videntur sepe magistri et auctores. Ista igitur passio curatur cum dyasoreticis medicinis id est euaporatiuis / extenuatiuis ventositatis / et consumptiuis quando vero replent intestina grossa et viscosa / grauisimas inferunt passiones. ligant enim intestina et agglutinantur viscosa supfluitate. unde natura non se potest a supfluis expedire. unde necessaria non sequitur interiorum torsio / inferiorum compressio / ex repulsione fumositatum superiorum summa perturbatio. quandoque mors et subiecti destructio. ut patet in yliaca et colerica passione. In tali itaque casu solent primo apponi mollificatiua et materie indurate humectatiua. deinde aliquotulum mordificatiua / tandem necessaria pur-

gatiua. et sic exonerat interioribus et purgat / rota natura ad persistentiam debitam reuocet. Quando vero apostema occupat stomachum / vel intestina ex materia atque distensione apostemat / sentit dolor et grauedo in stomacho et etiam in intestinis. et secundum quantitatem materie et qualitatem apostemat / intendit et remittitur impetus angustie et doloris. dolor autem semper tanto est grauior / et periculosior / quanto in subtilioribus et grauioribus comprehendit intestinis / quia minus patet locus euacuationis et euacuationis. Iste tamen interius et exterius confert medicina mediocriter refrigeratiua / ratione febris mitigatiua / ratione doloris maturatiua et immundificatiua / ratione apostemat / solidatiua et sanatiua ratione subsequenti / vel ceris ne locus remaneat vlcerosus. et ista omnia et multa alia patent in viatico et in plate. que habent ponere esse supfluum. Quando enim lumbrici sunt in causa / maximus instat dolor. Sunt autem lumbrici vermes quidam longi / rotundi / et acuti / ex viscosis et crudis humoribus / in intestinorum interioribus generati / qui cum fuerint in quolibet et longi / et in quibusdam intestinis generati. dicuntur lumbrici qui longi. ut dicit constantinus. Si vero in inferioribus et grossioribus sunt nutriti / ascalides dicuntur cucurbitum. Hi secundum diuersas materias ex quibus fiunt / diuersas habent species et figuras. Nam ex falso fleumate fiunt vermiculi longi / graciles / et acuti. Nam dolor istius fleumat / qui habet motum a centro usque ad circumferentiam perhibet materiam nimis in longum. Siccitas vero cum habeat motum ad centrum et possit materiam dilatari / restringit et coartat eandem in rotundum. et ideo vermiculi sic generati / longi sunt et rotundi. Ex fleumate vero dulci fiunt vermes longi / et lati / longi quidem ratione caloris. quia calor proleget lati vero / quia se humor diuidit et dilatat. Ex fleumate vero acetoso quod frigidum est et sicum / acuti et rotundi. quia utraque qualitas cum habeat motum ad centrum / repugnat latitudini et longitudini. Ex fleumate vero naturali cum sit frigidum et humidum / fiunt breues et lati. breues quidem ex frigiditate / lati vero ex humore. isti dicuntur ascales vel cucurbitini. quia se mini cucurbitae assimilant. Hi vermes grauissimas inferunt corruptiones. febris adest puritatis narium / stridor dentium / abominatio cibi / stupor et alienatio mentis / clamor in somno / tremor corporis / emissio lingue / et masticatio cum nihil habeant inter dentes. Et ista omnia accidunt propter colligantiam intestinorum ad ista sensuum et ad maxillas. igitur ut dicitur

cit pstan. vt citius eijciant / alioquin corp' ab eis psumitur / & membra remolliunt / nec expelluntur / nisi qm moriuntur. Dum enim viui snt cum intestinis inuiscati sunt & de faali nō exeunt / s' mortui abhorrente eos natura eijcunt / tamen aliquando exeunt / s' quasi mortui & statim moriuntur. cum rebus etiam amaris occiduntur. sicut absinthio / & hmoi. que omnia in eodem capitulo recitat pstan. Debent autem omnia talia amara dari cum melle vel lacte / vel cum aliquo dulci. dulcia. n. vermes diligunt que cum sibi incorporant / recipiendo amaritudinem se occidunt. Ibi. n. latitat hamus sub esca quando matrix vel vesica patit / & intestina ppter colligantiam patiunt. Nam collo vesice opilato / retenta vna vesica distenditur / q̄ distensa intestinum quod sibi adiacet comprimitur / & ad fecis expulsionem impedit. & idcirco ventositate colerica passio generatur. Hec passio generat (vt dicit pstan.) in quinto intestino quod vocat colon. i. concauum. & est i dextra parte ventris inferioris circumcingens. sicut zona parua vsq; in partem sinistram. Causa autem huius passionis est septiformis. vt idē dicit. Prima est calor igneus & colericus febilis infmixtus. desiccans fecis humiditatem & indurans / exire non pmittens. Secunda cā est cibi siccā & stiptia grossicies / egestionem exire p̄hibens. Tertia est fleuma. viscositas vias egestionis pdudens. Quarta ē grossa viscositas cum viscosis humoribus se immiscens & descendens. Quinta est causa cū apostema in intestino nascens substantiam feculē tam exire libere cobibens. Sexta multitudo ascaridum & lumbricorū mortuorum & inuiscatorum / i hoc intestino exire non valens. Septima est intestini insensibilitas nocumentuz fecis non sentiens nec expellens. Hec passio quātuncq; de cā generata / dira infert corpi tormēta. vnde gñ alia & ppria habent accidentia. Adest. n. generalis vomitus / abominatio / tortura / & dolor intollerabilis ex parte illa ventris p̄stipatio. & si est ex calida causa / vent' videt acubus pungi. Nam & patiens cito morietur si non habz remedium. si ex frigida est / tunc nimia sentitur grauitas. lentus tamen est dolor & in vno loco. Si vō est ex ventositate / dolor est extensus & immutat locum cum gurgulatione & inflatione. si est ex apostemate / sentit calor. dolor adest. febris cum siti & asperitate lingue. Si ex lumbricis tortura sequit & dolor / & abominatio aliquando p os eos vomunt & breuiter morbus est pestifer & mortalis. cito interficiens / nisi efficacit succurratur. Primo igitur

sunt cause morbi mitigande / dissoluede / & destruede / p balneationes / calefactiones / dissolutiuas / & liquefactiuas vnctiones / vt est anatison / ylion / & huiusmodi. Si vō p mitigatiuā non cessauerit dolor / tunc ad fortiores procedendum est medicinas dissolutiuas / purgatiuas. sicut in viatico continetur. Huius passio ni est cognata yliaca / ab ylion intestino dicta & est intestinum gracile & longum inuouens ac cumquaq; alia intestina. & est a carne discoopum vnde valde est sensibile. vnde & h passio vocatur vna de peracitis secūdum gali. qz vno die vel duobus interficit. & ideo periculosior est q̄ ipsa colerica. consimili tamen modo curatur. ex consimilibus enim causis generat sed maxime ad apostemata vt dicit constanti.

De dissenteria.

Aliquando etiam patitur venter ex ciborum & humorum lubricitate & acumine. vt in dissenteria / sitientia & diaria. & hec inter se differunt. Nam. (vt dicit constanti. & plate.) dissenteria est flurus ventris cum excoziatione intestini & sanguinolenta egestionē. Et dicitur a descendendo. quia in ea scinduntur intestina. & fit ex colera naturali vel innaturali intestina torrodente & excoziantē. quādoq; etiaz fit ex fleumate falso & quādoq; ex melancolia adusta. quādoq; ex vitio epatis / & dicitur epatica quādoq; ex debilitate p̄tentue virtutis sanguinem retinere non valentis. quādoq; ex nimia sanguinis abundantia maxime in detruncatis sanguis consuetus transmitti ad nutrimentum membri quādo abscisum est membrum / cum non inuenit membruz quod nutriat superabundat in epate & per incontinentiā emittitur. & dicitur impropria dissenteria. fit etiam sepe ex vitio intestinorum. & tunc sūt tres species. In prima resoluitur in testinorum viscositas. & apparet egestio sicut lotura carnis pinguis. In secunda villi stomachi abraduntur / & apparent q̄si rasura pergamenti. In tertia per frustula emittuntur intestina. & tunc apparent quasi carnose & neruose & arteriose resolutiones. Prima igitur species bene curatur. secunda vix. tertia nunq̄. similiter epatica vix curatur. Dissenteria igitur signa sunt sanguinolenta egestio / torsio ventris / dolor pinguuis. quādoq; ḡsit excozatio intestinoꝝ superiorū quāq; medioꝝ / quāq; inferiorū. & secunduz h vanaur dolor tūc in ventre supremo / nunc circa vmblicum / nūc in infimo. Secūdu igitur

causarū diuersa genera / diuersificari etiam so-
let medicina. p̄mo ḡ solet mundificari humor
peccans. deinde fluxus incipi. et h̄ tam syro-
pis q̄ electuarijs. tā emplastris / q̄ vnguentis
stipitijs et restrictiuis. Interior h̄o medicina iu-
uat efficacius / q̄ in superioribus intellinis est
materia / exterior h̄o plus adiuuat inferiora. sti-
ptica igit̄ et restrictiua d̄z esse tam medicina q̄
dicta.

De lienteria.

Lienteria est fluxus ventris cum indige-
sti cibi et potus emissioe q̄ nulla fit
immutatio circa cibum. s̄ sicut accipi-
tur / sic emittit̄. que stringit aliqui ex villosi sto-
machi abrasione / vñ stomachus nō valet abū
retinere. q̄z fit ex viscosa et flegmatica hūoro
sitate villis stomachi et intestinorum adherēte.
aliqui ex apostemate. q̄ tunc ex abis plus gra-
uaat stomachus / et ideo sensu nature mouet sto-
machus ad expellenda cibaria anteq̄ digerant̄.
Cures h̄ infirmitas sicut sup̄ dicta.

De Diarria.

Diarria ē fluxus ventris simplex cū ci-
bi digesti emissionē absq̄ sanguinea
egestione. s̄ fit aut̄ aliqui ex ciborū mul-
titudine et eorū liquiditate et acumine. aliqui ex
colera peccante in q̄ritate potius q̄ in q̄litate
q̄ si qualificatiue peccaret potius dissenteria
induceret q̄ diarria. q̄z fit ex fluxu humoris
ad intestina a capite defluentis et ea vel mor-
dicantis / vel lubricantis / et tunc emittit patiens
spumas et ampullas. iux̄ illud Hypoc̄. q̄bus
spumose egestiones in diarria apparēt. bis a
capite flegma defluit / fluxus curat̄ p̄ diete tenui-
tatem / cū multitudo ciborū est in cā. si ex acu-
mine den̄ refrigeratiua et humectiua. si ex fluxu
humorū a capite / den̄ reumatica restrictiua. Et
h̄ de passionibus ventris / dicta iam sufficiant.

De Hydropisi.

Hydropsis est error digestiue virtutis / e-
patis tumorem et membrorū generās
et dicit̄ p̄stan. Dum. n. virtus digestiua
debilitat in epate / supfluitates multe ḡnantur
in corpe / que virtute vigoris expulsiue exterius
transmissē / membrorū inflatōnem generāt. s̄ fit
aut̄ tribus ex causis / generalit̄ ex retentōne sup-
fluitatum p̄ter naturam. ex fluxu humiditatis
p̄ter naturā. ex p̄napali distempantia q̄litate
ipius epatis. Dum. n. supfluitates p̄ter natu-

ram retinent̄ vt in menstruo et emoroidē et hu-
iusmodi / ex earū retentione opprimunt virtutes /
supfluitates generant̄ / ex q̄bus membrorū in-
flatio sequit̄. Ex fluxu vero humiditatis p̄ter
naturam dissoluunt̄ spūs / debilitant virtutes /
supfluitates ex indigestione supueniētes infla-
tionem membrorum efficiunt. Ex qualitatū
distempantia erant virtus digestiua in epate
q̄druplici s̄m. quatuor q̄litate p̄iunctione
et sic fiunt quatuor spēs hydropisis s̄m excessum
quatuor qualitatū. Prima est lentofleuma ex
distempantia frigiditatis et humiditatis. et d̄z
ab albo fleumate. lentos autem album d̄z.

Secunda ē hypofarica vel anasarca / ex distem-
perantia frigiditatis et siccitatis. Tertia spēs
est achites ex distempantia caliditatis et humi-
ditatis. Quarta spēs est tympanites. ex distem-
perantia caliditatis et siccitatis. s̄ sunt autem
hoc modo dum humiditas et frigiditas in epate
distempantur / virtus digestiua debilitat̄ / qua
debilitata supflua generat̄. que virtus expulsi-
ua transmittit ad superiora / vnde vehemens ac-
cidit inflatio frigiditate et siccitate distempata
in epate. Sicut virtus digestiua distempatur et
debilitatur / et aliquantulum fit expulsiua. et ideo
supflua non emittit̄ vsq̄ ad cutis exteriora. sed
sub carne retinet̄ / et ideo hec spēs d̄z hypofar-
cha. i. sub carne vel iux̄ carnem. Ex distemperā-
tia autem caloris et humiditatis per dissolutō-
nem spūum debilitatur vtraq̄ virtus. s. digesti-
ua et expulsiua. vnde supflua per totum corp̄
non expellunt̄ / s̄ inter ventrem et sifas t̄mmo-
do retinent̄. et h̄ species d̄z achites / quia venē
eorum percussus / resonat̄ sicut vter. achis. n.
vter d̄z. Caliditate et siccitate distemperans
spūs dissoluunt̄. et sic debilitata vtraq̄ virtute
superflua ex indigestione surgentia p̄ calidum
et siccum in grossam fumositatem resoluunt̄ / q̄
non expellunt̄ per totum corpus / s̄ circa ven-
trem retinent̄. et h̄ species d̄z tympanites / q̄ ad
modum tympani sonat venter. In p̄ma igit̄
spēs est inflatio per totū corpus / superficies al-
ba et mollis / digitus carni imp̄ssus signum fo-
raminis facit / et paulatim postea in se redit.
vrina est discolorata / alba et spissa. In secūda
spēs non est tanta s̄ fetet eorum caro. Quina est
discolorata et tenuis. In tertia specie est venē
inflatus et sonat percussus. sicut vter / vrina rubea / et
spissa. In quarta spēs excedit venē / et sonat sicut
tympanum / vrina discolorata et tenuis. collus
et extrema efficiunt̄ gracilia. et nares acute. et o-
culi p̄caui et rotundi. due p̄me species possunt
curari an̄ p̄firmationem. due sc̄dē an̄ p̄firmatō-
nem vix curantur. s̄ post p̄firmationem / nunq̄



Hydropicus ergo est corpore humidus / mol-
lis / gravis / et ponderosus / et sitibundus. quod quanta
to plus bibit / tanto plus sitit / et quanto plus bi-
bit / tanto plus paulatim deficit. Et amplius
inturgescit. Talibus diversimode pati-
entibus / diversimoda exhibetur medicina. eis
tamen valent ventositatis extenuativa / humores
intercutanei presumptiva / et virtus destructiva.
in epate confortativa. De quibus omnibus se-
quitur in viatico constan.

De bitericia:

Hitericia siue aurigo est cutis defec-
tio absque ipsius inequalitate. et dicitur in pla-
te. quod tres sunt species bitericie. crocea
ex colera naturali. viridis / ex nigra. Prima vo-
catur aurigo / quia atrium efficit hominem ad
modum auri. alia vocatur pegamitis. i. viridis.
ex colera. n. pratina vindicat. Tertia melanchi-
ton. i. nigra. quia ex colera nigra gignit et adu-
sta. sicut autem ex feruore et ebullitione sanguis
in coleram transeuntis ex calore superabundan-
te / et sanguinem inficiente. vnde defertur cum san-
guine ad cutis superficiem / et ipsam inficit et im-
mutat. aliquando fit ex opilatione superioris vel
inferioris poris astis fellis. vnde colera redun-
dat ad epas et sanguinem inficit. aliquando
fit ex apostemate vel febre continua sanguinem
immutante et adurente. aliquando ex corruptio-
ne aeris vel cibi et potus corrupti. vel ex mor-
su et punctura reptilis venenosi. His modis
sanguis inficit et ad nutrimentum membrorum
transmissus / ea secundum suam infectionem inficit et
corrupt. Bitericia ergo maxime calidam hanc
comitant. totius corporis infectio / dextre parti
calescitio / sitis / oris / amaritudo / dolor frontis
tinnitus aurium / vrina colorata / cuius spuma
est crocea vel viridis / vel nigra. omnia que de
corpore emittuntur predicto colore inficiuntur ex opila-
tione superiori causa immutat omnia inferiora. itaque
omnia inferiora sunt valde tincta. e converso autem
est si ex inferiori sunt omnia superiora magis tincta
et inferiora minus. Si autem fuerit ex febre et ex
vi nature post septimum diem in aliquo die cre-
tico cum diminutione febris et alleviatione pa-
tientis et symptomatis remissione bonum prendit
talis coleratio. et signat materiam febrem tunc pur-
gan. Si autem fuerit vi symptomatis. sicut solet ac-
cidere ante septimum diem periculum prendit.
Signat. n. materiam perire superiora. vel propter
sui multitudinem / vel propter sui fumositatem et a-
cumen. sicut expressit dicit Galienus. super amporis /
mis. Solet itaque talis passio curari per sangui-
nis mutationem / per infrigidantia et alteran-

tium appositionem / maxime super regionem e-
patis. quia ibi potissime inficitur ipse sanguis /
sicut in suo fonte. Dant itaque interius et in die-
ta et in medicina ea que reprimunt calorem / mundi-
ficant sanguinem et alterant ipsam malam sangui-
nis dispositionem. et si fuerit ex oblatione / dant
ea que sunt diuretica et aperientia. Non tamen
nimis calide. ut patet in viatico constan.

De emoroidis:

Emoroides sunt quique vene exites in
ano ex quibus diverse passiones fiunt. s. i.
inflatio / retentio fluxus. Quibus autem super-
fluitates vi nature transmittuntur ad partes illas
et ruptis venis illis emittuntur / et corpus a diver-
sis egritudinibus liberatur si fuerit fluxus im-
moderatus / varias efficiunt passiones. Quibus
vero propter consuetudinem retinentur / maxime egrit-
tudines consequuntur. ut hydrophisis. phis / ma-
nia / et melancolia. et. Inflantur autem hinc mo-
do superfluitates spisse et seculente ad venarum
ora descendentes ea inspissant et ingrossant
vnde fit inflatio. Aliquando orificia venarum
ex intensa siccitate coarctantur et inspissantur. quibus
per nimium fluxum videntur a circumscriptione
et tunc aut vix aut nunquam aperiantur. Aliquando
ex sanguinis spissitudine venarum capita opi-
lantur. Aliquando ex nimio sanguinis acumine
et liquiditate plus debito aperiantur. Retentio-
nem nimiam hanc sequuntur / grauedo capitis / pal-
lor faciei / lividitas / ponderositas renum et cor-
dium / dispositio ad hydrophisis et ad phisim.
Nimium fluxum sequitur debilitas et extenuatio
corporis / mutatio coloris / dolor et corrosio inferio-
ris partem corporis. et si fuerit continua nimis immode-
ratus / pessimas inde generat passiones. Si
vero nimis fluunt orificia venarum restringantur
restringentibus medicinis paulatim tamen si fuerit
maxime morbus inueteratus / ne sanguis sub-
ito repercutitur ad aliquod membrum refuda-
tur et perior morbus generetur. Unde Hypo-
cras. Emoroides sanantur antequam si non vix a re-
licta fuerit periculum erit. si vero nimis clauduntur / a-
perantur et rarefactis aperiantur.

De dolore renum.

Dolor renum a grecis nefresis dicitur. quod do-
lor affinitate habet cum colerica passione /
differunt tamen. quod dolor colericorum muta-
bilis est et instabilis. quotidie. n. mutat de vno
latere ad aliud latus. nefreticorum dolor stabilis
est. Patiuntur autem lumbi siue renes aliquando ex virore
aliquando ex humorum repletionem. aliquando ex ventositate.
aliquando ex lapide. omnia ista gravissimum inferunt

De infirmitatibus

dolorem / maxime si fuerit dolor in cā / cuius si-
gnum ē vrina intensa dolor acutus et pungiti-
uus. Si nō frigiditas fuerit in cā / cruda erit v-
rina et lentus dolor. lapis et arenule et alie sup-
fluitates diuerse in renibus generantur sepe. et h-
pāpue ex potu aque limose et grossa diēta. Ex
his. n. fiunt opilatōnes in renibus vel vesica /
et quāq; in essentia lapidis vel arenulaz p intē-
si caloris actōnem trāsmutant. hñtes lapides
pcomitant multa incommoda. s. difficultas v-
rinandi / colerica et hmoi. Opilatōne lapidū
opilant vīe vrinales aliqñ in pte. et sic strā /
guina qñ q̄s cum difficultate et guttatim migrit
aliqñ ex toto. et tunc oīo denegat et dissuria dī-
Ex humouibus. n. viscosis in renibus in vesti-
ca coagulat. fit calculus. iuuenibus pāpue fit
in renibus. pueri aut in vesica. qz vesice os stri-
ctum p̄hibet naturam exire. vnde lapis gene-
rat. vt dicit p̄stan. In pueris etiā est vrina ma-
gis grossa et viscosa diēta. Res autem viscosa
magis ē habilis ad coagulatōez et p̄glutinatōez
et ideo sepe in paruulis generat. Cognoscit au-
tem qñ lapis est in renibus vel materia lapi-
dis p̄ dormitatōnem pedis et core dextre partē
si in dextro rene sit causa. sinistre nō si in sinis-
tro. Si nō fuerit in vesica dolor circa pectūe
et periconion sentit. Preterea arenule venien-
tes a renibus sunt rubee. a vesica nō albe. La-
pis aut gñatus ab humouibus viscosis dissol-
uitur facilius et educit. ex arenulis nō difficili-
soluitur et curatur. In mulieribus autem rarius
generat lapis q̄ in masculis p̄p̄ meatus lar-
giores. et p̄p̄ debilitatem caloris desiccant hu-
mores et purificant / et p̄p̄ purgatōnes fre-
quentiores. multa. n. supflua ab eis p̄ mēstrua
educant. Sic infirmi sunt purgādi. in calidis /
et apertis sepius balneandi. abarijs digesti-
bilibus reficiendi. potibus et medicinis diure-
ntis aperitiuis et mundificantiuis refouendi. et
assuefaciendi. et aliqñ arti cyurgice dimitte-
maxime pueri. sc̄do adulescentes. In senectū-
te vero incisio piculosa ē. quia vltra q̄dragesi-
mum annum h passio non curat. (vt dī in am-
phozis.) Quicunq; nefrenia iux̄ q̄dragesimuz
annum non sanant / accidit inuolutaria vri-
ne emissio / que dyānes vel dyabetica passio
vocat. et hoc accidit (fm p̄stan.) p̄p̄ defectum
p̄tentive virtutis. multa. n. et fortis fit attractio /
humoris ad renes. et multa fit emissio supflui-
tatis ad vesicam / quam ferre non sustinet a se re-
ijcit p̄ vrinam. Aliqñ etiā accidit ex emollitōe
neruoz et relaxatōne lacertoz in collo vesice.
quāq; accidit p̄p̄ guttatim somni et multitudi-
nem humorū. vt p̄z in pueri ignorantibus et le-

crulo vrinantibus. et in bibulis ebriosis. Pro-
prie. n. p̄p̄rium est sustinentibus hanc passio-
nem q̄ sp̄ sitiunt et vix etiā aqua satari possūt.
(vt dicit p̄stan.) vnde sicut eam bibunt. sic eas
statim mingūt. Aliqñ fit ex humore subito me-
atus vrinales p̄stringente / et p̄tentam ibi hu-
miditatem vi oppressionis educente. Istam
turpem infirmitatem patiens necessaria sūt
repressiua caloris et s̄ptica confortatiua / calo-
ris renum extinctiua / et meruozum remollitōz
ad statum debitum reuocatiua. hoc fit p̄ portio-
nes et electuaria per cathaplasmatōnes et vn-
guenta. cauere tamen debet prudens medicus
ne semper ponat in hoc casu nimis humida
qz plus remolliendo lederent. nec etiā nimis
secca. qz calorem acuerent. sed modo ista mo-
do illa vt ex frigidis patiens humectetur / et in-
frigidetur. ex siccis vero coartetur humiditas et
membrum patiens confortetur. Super om-
nia diēta sit temperata / qz calida nimis nocēt
renibus et lumbis. nimis etiā frigida dige-
stiuam virtutem retardant in substantia et con-
cauitate epatis Et consilium est p̄dare talibus
temperata et composita. qz talis solet esse ma-
teria atq; causa. Derna dī pellicula ventris sc̄z
siphat crepatura. siphat enim quedam pellicu-
la est que membrōz nutritiuozum a generati-
uis ē diuisiua. sicut dyaphragma dī pellicula q̄
inter spiritualia membra et nimbilia est inter-
posita. Quando igitur contingat siphat vel
per discontinuationem vel per distorsionem
rumpi / vel etiā per calorem dissoluentem vel
humiditatem relaxantem remoliri etiā cōtin-
git intestina inferius labi / et in osseum testicu-
loz sc̄z folliculorum non sine dolore recolligi
atq; diffundi. fit autē istius pellicule diuisio vel
relaxatio aliquando a causa extrinseca sc̄z a ni-
mia corporis exercitatione. vt in lucta et pale-
stra Aliqñ ex concussione. vel ex casu et hmoi.
Aliqñ ex nimia membrōz superiorū distensio-
ne et conatu. sicut ex nimio cānu / clamore et hu-
iusmodi. Aliquando ex causa extrinseca. sicut
ex nimia caloris intensione / et humorū calidoz
acumine ipsam pelliculam diuidente et incidē-
te. quādoq; ex nimia humiditate neruos et la-
ceros relaxante. Quocunq; aut modo acci-
dat / in principio facilius curari potest / et p̄ci-
pue in iuvene. Si vero magna fuerit et inuete-
rata et cū ruptura / nerui vix vel nunq̄ p̄solidā-
tur et difficile curat. vt dicit p̄stan. Solet aut
curari herma p̄ diēta et medicinā. et aliqñ p̄ inci-
sionem et cyurgā. Talibus igit dicunt aucto-
res valere s̄ptica et p̄solidatiua et in cibo et in
medicina. sicut electuaria in sumpta et etiam

fomentationes ⁊ balnea exterius addita pariter ⁊ vnguenta. Sup omnia dī valere tenuitas diete ⁊ continētia maxime a coitu ⁊ etiā omī motu. Sup omnia etiā a ventosis ⁊ inflatiuis talibus ē cauendū. qz (vt dicit pmentator) vterofitas maxime nocet hermosis.

De arthetica.

A rthetica est dolor ⁊ passio cum inflatione ⁊ dolore. que cum sit in articulis manuum ⁊ pedum dī. in articulis vero pedū pedogra iuscia que dī sciatica. Dabz autem fieri ex sanguine colerico ⁊ humore flegmatico. frequentius vero fit ex cā reumatica. sanguis cognoscit esse in causa ex rubore loci ⁊ calore ex eminentia venarū p̄tis patienti. ⁊ totius corporis ex dieta calida p̄cedere ⁊ humida ex etate ⁊ regione simili / ex eo q̄ maxime mouetur in vere. Colericus humor cognoscit esse in causa ex dolore vebementissimo ⁊ neruorū tensione ⁊ ariditate ac calore ⁊ partī inflatione ex colore rubeo cū croceo int̄mixto. ⁊ maxime mouetur in estate / ⁊ magis ex dieta calida ⁊ sicca / ⁊ in regione simili. Sepe etiam emittuntur multe colerice supfluitates p̄ vomitum ⁊ secessum. calida obsunt / frigida p̄sunt / fleuma etiam cogitatur esse in causa ex flegmatica habitudine / regione / etate / simili / ex inflatione loci / ex dolore vebementi / rubore modico vel nullo. **De reumatica** cā cognoscatur ex gūedine capitis ⁊ humorum motu. nullatio ⁊ fluxus p̄ nucham ⁊ spatulam sentit. Pessima est h̄ infirmitas / quia articulos ⁊ neruos digitorū / manuum / ⁊ pedum. q̄bit substantialem humorem in manibus detrahāt ⁊ p̄sumit. ⁊ aridas eas faciēs clausas reddit. impotentes ad opandū eas efficere p̄suevit. nodosis gibbositantibus digitorū iuncturas deformes facit. Dec infirmitas cito curat. qz si fuerit materia iueterata vitā curat maxime quādo in durā p̄uertitur duriciē ⁊ nodosam. materia itaq̄ peccans / d̄z p̄mo curari p̄grua medicina. subtrahi debet sanguis ⁊ minui si sanguis est in cā. calor etiam debet reprimi frigidis. Quandoq̄ ē in cā humor frigidus tunc d̄z fomentari calidis ⁊ emplastris / vnguentis. a cibis grossis abstinendum est. ⁊ p̄cipue ab inflatiuis. nā ventositas sepe aggruat morbum istum.

De gutta sciatica.

Olta sciatica dī dolor qui nascitur ex humoribus descendētibz in neruū grossum qui est int̄ lacertos grossos coxe siue banche. vt dicit pstan. Sepe aut̄ fit

ex viscosis humoribus in concavitate banche se coadunantibus. q̄sq̄ ex humoribus sanguinis cum colera rubea int̄mixtis. ⁊ hec omnia sepius causa sunt doloris / qui dolor descendit in cura. ⁊ vsq̄ ad calcaneum / ⁊ etiam vsq̄ ad primum digitum pedis. cuius rō est vt dicit comment. quia hasta p̄ medium coxe ⁊ abie dirigitur h̄mis ad cauillam pedis exteriorem. ⁊ ista ē cā quare in passionibus sciaticis dolor extenditur vsq̄ ad illum digitum. Inde est q̄ illi qui h̄nt calculum in renibus sentiūt eodem loco pedū fornicationem ⁊ dormitationem p̄p̄t nerui opilationem. vnde non p̄nt spūs debito modo currere ad illum locū. Dolor aut̄ q̄sq̄ est in vna parte. q̄sq̄ in vtraq̄. s̄ peior est in sinistra q̄ q̄ est in dextra / cuius rō est. quia in dextra parte maior est calor q̄ materiam ibi collectam facilius digerit ⁊ dissoluit q̄ in sinistra p̄bi est minor calor ⁊ materia magis est cōposita. In hac passione minor est dolor / pulsatio / punctura / ⁊ ardor / maxime in iuuenibus calide p̄plexionis / maxime quādo calor est in cā ⁊ valet in illo casu minutio sanguinis in sopbena / vena. s̄ que est sub cauilla. patiens itaq̄ est purgandus ⁊ sanandus. sicut in arthetica. Lauere autem d̄z omnis sciaticus sicut ⁊ artheticus a nimia plenitudine cibi ⁊ potus. ⁊ p̄cipue a coitu / qz maxime acuit reuma ⁊ impedit digestionem. p̄p̄t spūm ⁊ puri sanguinis dep̄ditionem (vt dicit pstan.) Purget itaq̄ p̄mo corpus interiorius / ⁊ tunc localia ponant̄ exterius. aliter enim par̄ p̄dest medicina exterius / nisi materia que morbi est cā p̄us intrinsecus minuat̄. (vt dicit pstan. (Dyaf.) multum p̄dest sciaticū si formētatus fuerit locus doloris cum calido fimo bouis. potenter. n. desiccet. maxime si cum galbano ⁊ thure ⁊ aceto fuerit resolutus.

De Podagra.

Podagra (s̄m pstan.) est dolor pedū ⁊ maxime calcanei atq̄ plante cū distensione nemi ⁊ pulsatione. Nascitur enim ex malis humoribus ad calcaneum descendētibz. qui si fuerint frigidi ⁊ grossi / nimia sit extensio atq̄ tumor. s̄ non multum p̄gitiuus calor. nec p̄t t̄ magnus fieri tumor / quia pedes spoliati sunt ⁊ denudati a carne / ⁊ ideo non p̄nt multum tumescere. tumor enim nascit̄ in carnosissimis membris. Dec passio nascit̄ in suauem vitam ducentibus ⁊ quietam q̄ parum se exercitant / qui a superfluis humoribus corpora non emundāt / maxime cum multū p̄mendant atq̄ bibant. Ex talibus aut̄ generantur

De infirmitatibus

superflui humores qui reumatizant ad pedes
et maxime qui sunt debiles / superfluum mate-
riam expellere non valentes. et maxime hoc ac-
cidit ex nimio coitu. tota. n. p. cathenatione cor-
poris coitus ipse mouet (vt dicit ipse pstan.) et ca-
lescit. et ideo mouet humores et laxat nervos
et rumpit vsu accidit qd eunuchi non podagri-
sant / qz non coeunt. Similiter nec pueri / nec mu-
lieres nisi raro. et h quia menstruis expurgantur
(vnde bypo.) mulieres non podagrifant nisi
si forte defecerint menstrua. Hec infirmitas ad-
ueniens iuuenibus in vere / in .xl. diebus cura-
tur. sed si autono aduenit et durauerit vsqz
ad hiemen / difficile erit eaz curare. vt dicit in am-
pho. cuius roem reddit coem. fm iudicium a-
strologie sic. Prima inquit etas lune calida e-
t humidita. secunda est calida et sicca. tertia frigi-
da et sicca. quarta frigida et humidita. In prima
itaqz etate p caliditatem dissoluitur materia et
per humiditatem diffunditur. in secunda eta-
te et tertia conseruatur ipsa materia. In prima
autem etate lunationis sequentis pfecte dige-
ritur. vñ in secunda etate lunationis calide et
sicce ex toto materia consumitur. et .j. sex septi-
manas que sunt. xl. dies plene fit curatio ma-
xime in estate. In autono enim et in hieme ma-
teria nimis est compacta et inobediens digesti-
oni. Materia igitur h passionis primo purge-
tur / deinde frigidis extenuis in principio repa-
natur. Non. n. sunt calida et dissolutiua pone-
da in principio cum sit ca reumatica. et si mate-
ria sit frigida ne reuma plus imitet. et ideo vte-
dum e in principio repauiuis / s forioribus in
calida calida et remissioribus in frigida / ne for-
te materia indurescat. deinde apponunt subfu-
migatones fomenta / et vnctiones calide / vlt fri-
gide. put materia tunc requirit. leui dieta et ipa-
ta patiens / vta. a coitu sp caueat. leue et medio-
cre exercitium iniungatur.

De Apostemate.

Apostema est superfluum humorum
in membro aliquo collectio / putrefa-
ctionem faciens et tumore. vt dicitur
pstan. Contingit autem membris apostemari aliqui-
ex ca exteriori. (vt dicit pstan.) sicut ex percussio-
ne / vulnere casu / fractura / et percussione. ab om-
nibus. n. talibus mouentur humores et ad locum
sepe pfluunt patientem / qui mutuo se percules
calefiunt et putrescunt. Aliqui autem a ca inte-
riori / scz ex abundantia humorum corruptorum
qui sepe pfluunt ad locum aliquem et percunt. et h
duplex fit. qz aliqui ex adunatione materie i p-

prio membro. aliqui ex fluxu materie de vno me-
bro ad aliud. et talis pfluxus plures sunt cau-
se. sicut dicit pstan. Prima e fortitudo membri
expellentis. qz qdam membra principalia et nobi-
lia exonerant se a superfluis. sicut cerebrum ab
humore flegmatico se exonerat atqz fumo. Se-
cunda causa e debilitas membri recipientis / me-
bra. n. debilia recipiunt superfluitates a superiori-
bus forioribus descendentes. sicut cutis / caro-
z. Tertia ca est multitudo humorum. qui cum
sint superflui / in maioribus venis refundunt ad
minores membrorum p similitudinem essentia sub-
intrantes. et quod superfluit ad nutrimentum fluit
ad membrum. et clauditur principalis via et fa-
cit apostema. Quarta est largitas meatuum p
quos facile fluunt humores de membro ad me-
brum. Quinta causa est liquiditas humorum
et subtilitas / qui de facili motu facilius diffu-
dit / et diffusi in aliquo membro recolliguntur / et
ibi aritudine membri coartati percules. et ad
putredinem disponunt. Sexta causa est sup-
positio membrorum. quia naturaliter inferio-
ra membra recipiunt superfluitates superiorum
membrorum / sicut membra capitis deponunt
suas superfluitates quicqz ad lacertos et venas
gutturis et fistulas. quicqz ad membra pe-
toris et fistulas paralisis et pleuresis. et sic de alijs
fit autem apostema h mo. dum humores q-
titatiue peccates / et a calore psumi vel a viti-
te expelli mo valentes recepti in pcauitatibus
membrorum ebulliunt et putrescunt. et sicut pasta
in furuo posita / ab igne desiccatur / in superficie
crustulam quandam recipit sub qua manet / ita hu-
mor collectus p calorem ebullitionis quandam
crustulam facit. sub qua latet humor putridus atqz
tumor. et talis tumor dicitur apostema. et aliquando
fit de ventositate. et dicitur bubo. aliqui ex humore
simplici / sicut ex sanguine fit flegmon. et signa
sunt rubor ex colore sanguinis diutius ppter
multitudinem materie et calorem aquosiora co-
sumentem. pulsus. i. saltus ppter ventositatem
siue fumositatem impellentem. dolor ppter ex-
tensionem. calor ppter calidam naturam. tumor /
ppter materie multitudinem. fit etiam sic a-
postema ex simplicia colera rubra. et dicitur bensipi-
la. id e sacer ignis p antirasim. fit et aliud ex
colera pura. et corrodit membrum cui insidet /
et dicitur a medicis herpes effromenius quasi seip-
sum corrodens. fit p simili modo apostema
de flegmate et dicitur cimia siue palus. quia sicut i
palude est multum superfluitatis et limositatis
ita in hoc apostemate. cui si impresseris digitum
cedit impressioni. quia fluxibilitas digito impri-
menti cedit / et in medio foramem apparet quasi

signus foraminis / s̄ postea remoto digito b̄ materia redit ad medium totum illud irez adimpletur. Istius apostematis sunt signa / albedo. quia materia est alba. mollicies / quia materia liquida / r̄ dolor lentus. quia materia frigiditate sua minuit sensibilitatem. Contraria sunt signa in apostemate de colera rubea / q̄ calor est multus cum materia sit valde calida. rubea cum citrinitate. quia colera nō est rubea s̄ crocea. magnitudo adest doloris r̄ puncture quia materia est acuta. Ex melancholia fit r̄ a postea r̄ si materia tota fuerit extra / fit s̄diosis si partim intra / partim extra fit apostema quod d̄ cancer ad similitudinem cancri. Sicut. n. in cancro dorsum eminet r̄ brachia sunt extēsa lateribus / ita in hoc apostemate q̄dam tumor vice dorsū. ramusculi vero humorum sunt hinc inde expansi vice brachiorum. paulatim etiam serpit / corrodoendo carnem r̄ nervos insensibiliter ad modum cancri. vnde signa illius sunt ingens duricia. quia cum materia sit terrestris r̄ melancholica / multum est compacta. color est lividus quia materia nō ē ex toto nigra dolor est paucus aut nullus / p̄pter eius insensibilitatem. quia materia duas habet mortificativas qualitates. s̄. frigiditatem r̄ siccitatem. corrodit autem semper carnem suam r̄ corrumpit vsq̄ ad radices nervorum r̄ etiam inficit ipsa ossa que attingit. r̄ ideo morbus iste pestifer est r̄ durissimus ad curandum. Inter ista autem corrosiva apostemata talis est ordo. quia nolimetāgere cancosum est apostema i facie r̄ corrodit paulatim / s̄ minus alijs. Cancer vero magis adhuc magis lupus. maxime vero herisipila. fistula vero non corrodit / s̄ putrefacit interius / carnem. s̄. r̄ nervos contrahit ad saniem. r̄ quicquid corrupēdo nervos dissolvit ossa. Accidit autē frequēter ex vulnere male custodito quando suppositū os sanie inficit vñ nutrimentum adueniēs in saniem p̄mutat. sicq̄ rumpit superficies r̄ fluit. Aliquā sūt p̄solidat. aliquā iterum rumpit. r̄ si fuerit multum inueterata / vix curatur. In circuitu autē vulneris sepius multa orificia inveniunt r̄ oriunt. habet. n. fistula interius vulnus p̄fundum / in superficie vero angustum atq̄ artum. cancer vero econverso exterius vero multum p̄ / interius angustat. r̄ iō difficilius est ad curandum. Aliquando nascitur fistula ex reumate siue vulnere p̄cedente. aliquando ex apostemate male curato / r̄ maxime q̄ nimium humectat. r̄ fiunt diuersa foramina aquam diuersi coloris emittentia modo albam modo citrinam. r̄ si foramina in vno loco clauduntur / in alio nascunt. Sunt r̄ alia

apostemata que ex opposita materia generantur ut patet in antrace quam constan. vocat carbunculum. quia vrit ut carbo. s̄r autem de materia valde furiosa r̄ venenosa r̄ d̄ materia composita. quod patet per lineas diuersorum colorum. habet enim virgulatam formam. et sunt ibi quedam rubee linee sanguinee quedā croce colerice. r̄ quedam subalbide r̄ fleumatice. quedam livide melancholice quedāz flaua a falso fleumate. r̄ sic de alijs humoribus in naturalibus. Signa autem antracis est dolor intolerabilis / arsurā r̄ punctio in p̄fundo. in capite apostematis pustula quedam oritur siue vesica pretendens colorem attestantem humorum dominantium. In collatione autem virgulata forma diuersorum colorum lineis distincta videtur r̄ quasi trahi ad fundum cum quodā filo adherente superfici vici visice in medio. Ad curationem itaq̄ apostematum solent apponi in principio repercutiua / nisi materia fuerit furiosa r̄ venenosa. ut in herisipila r̄ antrace. nam in talibus non sunt apponenda repercutiua / sed potius mitigatiua / ne materia venenosa repercutiatur ad interiora mēbra r̄ maius inferat nocumentum. deinde quando apostema est in statu / solent apponi solutiua / remolitiua / r̄ maturatiua. aperto vero apostemate siue rupto r̄ educta sanie insistendum est mundificatiuis / tandem consolidatiuis / r̄ bōe carnis regeneratiuis. Ad alia autem apostemata quorum sintonica sunt peiora / ad fortiora medicamina procedendum est. sicut contra cācum / r̄ fistulam / r̄ huiusmodi. Ibi em̄ secundum materiam peccantem partes primo interiorius est purgandus. deinde localib⁹ remedijs insistendum est. Contra cancum vero vrinis r̄ carnis mortue corrosiuis / est utendū Contra fistulam desiccatiuis r̄ consumptiuis ac sanie mundificatiuis. que si non prosunt / chirurgie committantur. Tutius enim est ut aliqua particula corporis iam corrupta vratur vel precipitatur q̄ reliqua pars imposterum curatur. Contra apostemata vero venenosa si cuc contra antracē / cito / r̄ caute est remedium apponendum q̄ cito interficiunt / nisi solertius succurratur. Consilium igitur est ut in principio si aliud non impediatur / fiat fluboromia in eadem parte proximo fronte loco collectionis. minuere enim in parte opposita in tali casu non est tutum / ne materia trahatur ad corpus vel ad membrum nobile cuius sit venenosa. tūc necesse est ut tyriaca cum vino calido per os offeratur. r̄ super locum doloris liniatur q̄ si p̄bata fuerit tyriaca / r̄ verum fuerit antrax / mo

De infirmitatibus

teriam efficcabit & venenum extrahet. & ita de
siccat q̄ poteris eam puluerisare ad moduz
cineris / & tunc recens est apponenda sepi⁹ do
nec rumpatur apostema. quo rupto / nō est ti
mendum periculum. Idem facit vitellum oui
cū sale pistatum & frequēter apostemati appo
situm. dolorem enim mitigat / & apostema rū
pit. vt dicit commentatur.

De vlcenibus.

Vlcera dicuntur quedam vesicule que ex
intercutaneo humore sepius in corpo
re vndiq; oriuntur. & vocantur a constā
ti. in fine viari. vlcera. eo q̄ in superficie cutis
acumine humoris faciunt solutionem p̄tinui
tatis. quorum materia est subtilis humiditas
sanguinis vel colere ab interioribus ad exteri
ora vi nature vel syntoniacis vsq; ad exteriorē
corporis superficiem demandata / talia vlcera
cutem deficiunt / prurium / & titillationem i car
ne generant. cutem a carne eleuant. & aliquan
do si p̄tinua sunt. lepre piculum p̄conifant. q̄
ab eis liber esse desiderat. interius purgari a su
perfluis / calidis & infectiuis humoribus non
omittat. Deinde balneis siccis & mediocri cō
sumptiuis s̄m qualitatem & quantitatem hu
moris carnem & autem vlcera se exponat. tra
pula & dieta nimis laxa se p̄tineat labori & ex
ercitio se non subtrahat.

De pustulis.

Pustule siue pabule dicuntur quedam
apostematice collectiones superfluita
tes in exteriori corpis superficie minu
tatim & p̄ticulariter generate natura sibi super
flua & nocua ad exteriora corpis expellente. q̄
sepe a superfluitate passibilis corpis & nutri
menti pullulant. & ideo merito sapiētes pustu
las siue pabulas eas vocant. (vt dicit Remi.
& ideo dicuntur pustule / quia sunt q̄dam pue ve
sice vel vesicule putredinis virulense. & vrentis
intrinsicus p̄tentue. vt dicit Jsi. & etiā p̄stan.
Dicuntur autem hec pustule variolę in puulis / &
etiā aliqui in adultis. In puulis autem ta
les pustule sunt salutifere & future sanitatis p̄
nuncie. (vt dicit p̄men. ibi.) Varioli de san
guinis putridi nascuntur corruptione. Si enī
in puulis vel adolescentibus non erumperent
de futura lepra esset impostex formidandum.
fiunt. n. in puulis ex sanguine menstruali /
quo in vtero alebantur / qui vi nature expellit ad
exteriora. & sic a futuro periculo liberant. Sili

ter p̄tingit in adultis & in senibus in febre cir
ca crism / tales pustulas erumpere vi nature /
materiam febris ad exteriora expellente. & ideo
nec in istis nec in illis debet fieri rep̄cussio / ne
materia transferat̄ intus. cum sit quodammo
do furiosa / circa oculos tamen faciēda est in
hoc casu leuis rep̄cussio sanies pustule ali
quam ledatunicam oculi vel pupillam. In
omnibus etiā alijs loq; cautus medicus tra
bit materiam ad exteriora q̄tum potest preter
quā circa oculos. ibi. n. est materia rep̄cuen
da & alias deducenda / ne ex furiosa & violenta
materia tenera ledat substantia oculoꝝ. Lane
at etiā nutrit vel medicus tam in paruulo q̄
in adulto / ne talium pustularū vesicule vel p̄
pter prurium vel p̄p̄ aliud rumpant̄ seu ape
riant̄ aī tempus / maxime circa faciem. ne p̄pe
tuo deformes remaneant in facie cicatrices.

Alijs multis de causis pustule in corpore oriun
tur. nūc ex materia fleumatica albe & molles &
fluide. nūc ex materia colerica aspere / pungen
tes / & dure. Nam colericus humor int̄ carnem
& cutē diffusus / suo calore & acumine cutē ap̄it
& mordicat. & infinitas pustulas in cut̄ sup̄fi
cie generat. s̄ pue sunt ac modice ad modum ḡ
ni milij. & ideo talis passio sic vocat̄ ab aucto
ribus herpes milij vel ḡnulosus. vñcunq; aut̄
p̄ueniunt tales pustule si sunt frequētes & con
tinue / p̄mo expedit vt materia peccās debita
purget̄ medicina. deinde si corpus fuerit ple
croicum fleubothomec siue ventosec. debitis
balneis / desiccantiuis / & p̄sumptiuis / vnguen
tis / p̄gruis patiens adiunet.

De Scabie.

Scabies ē corruptio cutis ex corruptis
humoribus int̄cutaneis corpori cum
deformatōne lesionem inferens. Se
pe. n. (vt dicit p̄stan.) natura malos humores
expellit ad superficiem corporis vt mundificet in
teriora / q̄ si fuerint subtiles & liquide / de facili
sudore & fumo dissolunt̄. Grossi vō sub cute
p̄manent / & corpori scabiem introducunt. Hu
mor vero sic indusus inter cutem & carnez si co
lericus fuerit & intensus / scabiem inducit siccā
non saniosam cum fissura / pruriginē / & p̄ctu
ra. Si vero fuerit humor fleumaticus / albam
& grossam & squamosam & sine pruritu magno
scabiē facere p̄suevit. Scabies aut̄ bumida / sa
niosa / cum delectatōne pruriginosa calidū san
guinem mixtum cum colera demonstrat. ffre
quenter aut̄ accidit ex nimia corpis repletione.
frequēter etiā ex egritudine precedente. vnde

virium sequitur depressio et supfluitatum incrementum. fit etiam quibusdam inueterata scabies ex splenis vitio et talis de facili readiuat. Scabies autem cum desiccatiuis /sumptiuis /et mundificatiuis intus et exterius est curanda.

De impetigine.

Impetigo est intercutanea humoris corruptio immutationem cum pruriginem cuti inferens. Colerica. n. superfluitas quedam fumosa ab interioribus ad exteriorem carnis superficiem reiecta cutem inficit et eam minutissimis pustulis replendo scabiosam quam fursure dispersam scissant et pruriginosam efficit. et hec infectio de materia colerica vel melancolica nimis intensa aliquando ortum trahit ut dicit Galenus. Et dicitur hec passio impetigo. quia titillatione et pruritu maximo cutem et carnem ledendo impetit. Dicitur et serpigio. quia ad modum serpentis serpit in cute vndique atque repit et cutem quam inficit. in quibusdam squamis /vel post scalpationem reddit sedam. Hec passio quicquid ad modum cinguli superficiem membri vndique circumangit. Et talis impetigo vel serpigio herpes cingulus a medicis nuncupatur. Impetigo tamen differt a serpiginem. quia fit de magis impetuosa materia et ignita. quia de colera et ideo oblonga facit foramina et stricta /sive valde parua. et semper mouetur sursum sicut ignis. Serpigio de minus ignita. et ideo non mouetur sursum /sive circumangit membra et circumquaque se diffundit. vnde dicitur quasi serpens per girum. Hec passio est curanda subfumigationibus /et balneis aperitiuis /et sumptiuis /et mundificatiuis /et exteriuis /similibus et vnguentis. Inungantur cum succo ebuli /sambuci /lappacii /fumi terre /et huiusmodi. postea balneum aque dulcis assuescat (ut dicit Galenus.) Dicitur autem contra hanc passionem valet sputum hominis quoadiu est ieiunus. Huic passioni semper associatur prurigo seu pruritus quidam immoderatus fricationis et scalpationis appetitus falsam quandam delectationis ingerens qualitatem /ex fumo calido et acuto mordicante. cutem a materia calida resoluta. falsa autem est talis delectatio et nocua. quia cutis inducit vlcerationem et discontinuationem /et semper in fine lesionem ingerit et dolorem.

De Lepre.

Lepre est vniuersalis membrorum corruptio et humorum /micium habens a vasis et complementum in fontibus

sive extra vasa. Nam corruptio humorum nutrimentali de facili corripuntur membra que ex humoribus nutriuntur. Omnis autem elephantia siue lepra (secundum Constantinum) habet principium principaliter a corruptione melancolic. (vnde dicit Constantinus.) Lepre est passio frigida et sicca nascens de colera nigra /intensa /et putrefacta /apparens in superficie corporis. Nascitur quidem de quatuor humoribus putrefactis /sed tamen intensis et corruptis et in coleram nigram commutatis (ut dicit idem ibidem). Putrefactio autem humorum quibus admiscetur melancolia propter eius quantitatem frigidam et siccam putrefactioni repugnantem non potest compleri in vasis siue venis quoad usque incorporatur et moram faciat in membris in quibus completur putrefactio ex qua sequitur ipsa lepra. Melancolicus enim humor propter suam densitatem et compactiorem longam moram experit ad sui putrefactionem si autem in venis aliquo casu putresceret /potius febrem quam lepram generaret. Diuersificatur autem lepra quatuor modis secundum quatuor humorum mutuum infinitionem. Est. n. vna species ex pura melancolia. et hec proprie dicitur elephantia /ab elephante animali maxime sic vocata /propter morbi maximum nocuumtum quo infestat patientem. vnde hec passio durior est ceteris tanquam compactior et difficilior ad curandum et repugnandum. Secunda fit ex melancolia et fleumate. et hec dicitur tyria vel serpentina a tyro serpente. quia sicut serpens talis de facili dimittit spoliolum et est squamosus. sic patientem talem lepram de facili excoriatur in cutis superficie et resoluit in quandam squamam. Tertia species fit ex melancolica sanguinis infectione. et dicitur allopica et vulpina. Allopica enim grece /vulpes dicitur latine. cuius proprietates est propter calefactionem sanguinis in epate estiuo tempore depilari. sic patientem istam lepre speciem /a superciliis et alijs partibus corporis depilari et spoliarum notabiliter consuevit. Quarta species est ex colera rubea corrupta in membrum cum melancolia. et dicitur leonina /a leone tali animali calidissimo et fortissimo. Sed hec species lepre causatur ab humore feruentissimo /et super modum malicioso. et ideo more leonis non corodit et destruit omnia membra. Est igitur ex melancolia corrupta principaliter elephantia /ex corrupto fleumate tyria siue serpentina ex corrupto sanguine allopica seu vulpina. ex colera vero rubea pessima leonina. De quatuor species lepre habent quedam signa communia /et quedam specialia quibus ad inuicem

De infirmitatibus

distinguntur. Uniuersaliter autem hec passio talia habet signa. caro in eis notabiliter est corrupta et species immutatur. rotundantur oculi et palpebre corrugantur. aspectum habent scintillantem maxime in leonina. angustiantur nares et contrahuntur vox rauca efficitur. potissime in elephanta. tuberositates crescunt. in corpore multa minuta et dura et rotunda. curium fit quedam insensibilitas et etiam aliorum extremorum. unguis ingrossantur cum quadam in equalitate. et quasi scabiosi efficiuntur. contrahuntur digitorum articuli. et manus quasi atide efficiuntur. corrumpitur eorum anhelitus. et etiam fetore sepius sanis corrumpuntur. carnis et cutis superficies redditur unctuosam tantum. ut si aqua superfundatur. non madescit cutis sed elabitur quasi a corio madefacto. pruritus quandoque cum scabie. quandoque sine scabie patiuntur. masculis varijs nunc liuidis. nunc rufis. nunc nigris. nunc subalbis in corpore resparguntur tybie illorum maculis et pustulis precipue superabundant. nunc apparent. nunc disparerunt. nunc exterius erumpuntur. nunc interius sepe fundant. Si vero inter pustulas tybiaz semper unam maiorem cereris inneneris. signum est lepre confirmate. Signa autem lepre maxime apparent in extremitatibus. ut in pedibus cruribus. et in facie. et precipue in musculorum corporis consumptione et minoratione.

Præter istas condiciones lepre communes. quælibet species lepre habet suas proprias et speciales. Nam patientes leoninam habent colorem magis croceum et citrinum. et oculos magis scintillantes et eminentes. et etiam multum mobiles. cutem habent alijs asperiores. scissam sepe et diuisam. præ alijs etiam sunt pruriginosi. et in fine in omnibus membris plus corrosi. **P**atientes vero allopiciam. ex toto depilantur eorum tibia et supercilia. valde tumet et inflantur. eorum oculi etiam valde rubent. pustulas in facie rufas habent. ab eorum pustulis sanguis cum sanie sepe manat. nasus in talibus ingrossatur. et deficit odoratus. fetet valde eorum anhelitus. et maximam corruptionem sustinent in gingiuis. **P**atientes tyriam tuberositates et pustulas habent molles. mollem et subalbidam habent cutem ac tumidam et quoddammodo relucens. squamositatem non modicam. et pedicularum vermium multitudinem. Has et alias pessimas habent condiciones. que ex sicumate corrupto originem sortiuntur. ut sputa. immunda. et vi-

scosa. et saniosa. et nares obturatas. et huiusmodi. oculi eorum lachrymantur et fluunt. propter humidam superfluitatis resolutionem. putrefactionem patiuntur. labiorum et gingivarum et tracheæ arterie patiuntur asperitatem et efficiuntur rauca. **S**anguis post fluxum bottoniam in liquidam defluit substantiam illud autem quod est solidum. est album. vel subpallidum cum lauatur. cito coagulatur. et in multa quantitate. **P**atientes vero elephantiam colorem habent emulum. faciem plumbeam. ciliorum patiuntur depilationem. oculi eorum rotundantur. nares constringuntur. musculi consumuntur. et hoc est commune in omni lepra sicca plusquam in humida. insensibilitatem maiorum digitorum precipue patiuntur. tarde venit ad augmentum. sed cum venient. inducit scissuras. sanguis extractus liuidi coloris vel subnigri. cito coagulatur. et quanto magis fricatur. tanto magis demigratur et induratur. in medio sunt quasi vene albe vel quasi rami neruorum. et illud est commune in omni lepra. **N**ascitur autem lepra a causis varijs præterquam ab humoribus predictis. sicut ex cohabitatione et conuictu. et frequenti confabulatione cum leprosis. contagiosus enim est morbus et aliorum infectiuus. **A**ccidit etiam ex accessu et coitu mulieris statim a leproso præcognite. Quandoque accidit a parentibus generantibus. ut ex corrupto sanguine leprosi generantis. unde hec contagio quasi iure hereditario transit ad ipsam prolem. **A**liquando etiam accidit quando concipitur fetus tempore menstruum. ut quando ex corrupto lacte mulieris leprose nutritur fetus. Aliquando autem accidunt ab extrinseco. sicut ex aere corrupto et infecto. ex mala dicta. ut ex cibis melancolicis nimis frigidis et siccis. ut ex carne bouina. asinina. ursina. et huiusmodi. **A**liquando ex cibis nimis calidis. ut ex nimis diuino usu fortis alliate. piperate et huiusmodi. **A**liquando accidit ex cibis corruptis et corruptioni obedientibus ut ex carne porcina. granulis infecta et super seminata. et vino impuro et corrupto. **A**liquando ex morfu alicuius reptilis humorum et humorum substantiam corrumpens. **I**stis et alijs modis sepe vitium lepre in humano corpore generantur. sed quocumque modo generatur vix est curabilis. nisi diuina manu postquam perfecte confirmatur. palliari tamen potest et præcautione (caueni ne destruat ita cito.

Laueat itaq; patiens precipue a cibis melan-
colie generatiuis. et etiam a cibis incensiuis sa-
guinis. Subtili igitur dicta et conuenienti nu-
triantur non corruptibili neq; pueribili. **S**i
autem sanguis fiti causa. vt in allopicia pmo
debet fleubothomari. deinde purgari debita
medicina. In alijs autem speciebus primo
debet precedere fermada. et deinde si necesse fue-
rit/sequatur fleubothomia/aliter non. quia a-
liter noceret. (vt dicit constantinus.) Debitis er-
go et congruis debetvri medicinis interius/et
debitis emplastris et vnguentis exterius. Et
symbomariibus occurratur. **A**d curationem
vero lepre/vel saltem palliationem valet ma-
xime (vt dicit Plato) Serpens rufus habens
ventrem album si euacuato veneno cauda scz
precisa et capite ablato coctus cum porris in
cibo frequenter assumatur. Eodem modo si vi-
num in quo diu putuerit patientibus sepe p-
pinetur Decemz medicina vtilis est multz mor-
bis. vt patet in ceco de quo narrat idem /q; vt
or eius dedit ei serpentem cum alijs comede-
re p anguilla vt eum interficeret. quem appo-
situm comedit/et multo sudore emisso visus re-
cuperauit. Et hec de diuersis speciebus le-
pre dicta sufficiant.

De Morphea:

Morphea est macula in cute veni-
ens ex nutrimenti corruptione/qd
enim est lepra in carne /hoc mor-
phea est in cute. **M**orphea autez
alia est alba ex fleumate/alia nigra ex melan-
colia/alia rufa ex colere siue sanguine. **I**sta
autem morphea que est ex melancholia et fleu-
mate difficilis est ad curandum. Sed ista que
est ex sanguine/facilior est ad curandum.
Tunc autem morphea est incurabilis /quando
cutis faciei puncta ac/sanguinem non emit-
tit. Si vero sanguis fuerit subsecutus /curabi-
lis iudicatur. **M**orphea igitur tota in cute est
sed lepra in carne et in cute. **D**ec eadem infe-
ctio parum differt a gutta rosea que inficit fa-
ciem quibusdam paruis et mollibus pustulis.
que ex viscosis humoribus sanguineis ac co-
lericis intercutaneis generantur. **D**ec passio
primo sanguinis subtractione minuatur/et in-
teriorum humorum mundificatione curetur.
deinde subfumigatione et balneatione facies
fomentetur/et porris apertis materia intercuta-
nea euaporetur. deinde mundificatiuis /desic-

catiuis /locus patiens abluatur. vnguentis et
tiam debitis inungatur. **D**icit etiam Con-
stantinus q; contra istam infectionem valet vn-
ctio calidi sanguinis leporini. Nam sangui-
nem intercutaneum diuidit/repercutit/et con-
sumit. **S**uper omnia autem contra huius-
modi passionem humoris intercutanei valere
dicuntur fumus terre in balneis /subfumigatio-
nibus /in potionibus /et syropis /potui enim
datus scabiem/pustulas /et pruriginem mun-
dat. humores superfluos inter carnem et cutem
desiccatur/vel ad lepram depositos iuuat. **E**t
hec de passione morphea nunc sufficiant.

De venenis:

Peter passiones superius no-
minatas accidit homini grauif-
sima et periculosissima mors p-
venenum et passio. **V**enenum
autem cum ex tota sua specie co-
plexioni hominis sit contrarius subito inefficax
nisi remedium citius apponatur. **V**ene-
num autem aliud accidit ex corruptione abo-
rum et potuum. Aliud ex moribus reptilium/
et serpentum /et quorundam animalium /quo-
rum humores et dentes sunt humano corpori
venenosi. **V**enenum autem aliud est cali-
dum et siccum. sicut venenum tyri /vipere /et bu-
iusmodi. **Q**uoddam autem frigidum et sic-
cum. vt scorpionis. **Q**uoddam frigidum et
humidum. sicut aranee. **V**enenum autem
serpentis variatur in malicia. (vt dicit Auicen-
na in capitulo primo de venenosis.) Nam ve-
nenum masculinum acutius est et fortius qua
femininum. tamen femine serpentes plures
habent dentes q; masculini /et ideo putant de-
teriores. (vt dicit Auicenna.) Item venenum
senum peius est q; venenum iuuenum /et mag-
norum q; artorum in eodem genere. et peius et
acutius est illorum qui habitant in montibus
et in siluis /q; illorum qui habitant iuxta lito-
ra et iuxta aquas. **I**tem peius est venenum
quod effunditur a vacuis et a ieiunijs /q; a re-
pletis. **I**tem deterius est et acutius in estate
q; in hyeme. citius eniz et facilius pungunt ser-
pentes in meridie /q; in mane. et in die q; in no-
cte. quia calore resoluitur venenum vsq; ad ex-
trema. quod in frigore et in frigido tempore q;
si in vno loco congelatur. **V**enenum vero
tyri et vipere et alioz quorundam serpentu q;uis
sit calidum accidit tamen mors ab eis stupor /et

De infirmitatibus

frigiditas propter mortificationem et extinctionem caloris innati per contrarietatem veneni. Calor enim naturalis sua spersione et inflammatione calefacit corpus / qui repressus et quasi extinctus vi veneni / extremitates non calefacit / unde venenum calidum non aggregat sanguinem cordis calidum / sed resoluendo calorem innatum mortificat ipsum. Venenum autem reguli et basilisci tante est violentie / quod aduocantes in corpore adurit totum super quod incedit. vnde in circuitu cauee eius nihil virescit. aues volando ex opposito cauee sue subito interficit et omne animal sibi appropinquans stupefit nec mouetur. sed solo venenoso aspectu eius / vel flammam / vel sibilo cadit et moritur. et ille quem mordet liquefit et inflat et emittit virum et subito moritur. Ante etiam fortitudinis est venenum reguli quod etiam si basta eum tangeres / per haste longitudinem veneni sentires violentiam (sicut narrat Auicenna.) de quodam milite qui cum lancea terigit membra talem in nubia et statim cecidit mortuus cum animali suo. **S**igna autem lesionis basilisci / subita transmutatio est corporis in viridem colorem et mors inopinata. **I**n loco ubi regulus commoratur / venenum aspidis periculosissimum est. interficit enim sepe infra duas horas vel tres. cuius morsus signa sunt ista. coloris cutis subita alteratio. singultus multiplicatio / membrorum repentina infrigidatio / dormitio et palpebrarum profunda clausio. sicut puocat immoderatam. unde videtur patienti quod moriatur sola siti. Venenum autem cuiusdam aspidis qui dicitur spuens (eo quod interficit per sputum suum) ita est violentum / quod interficit omne viuum. quod tangit illud sputum. interficit enim priusquam sentiat. **S**entit enim lesus dolorem in principio circa viscera / et accidit venenato tenebrositas oculorum et clausio et profunditas somni cum spasmo et torsione colli et pulsu inordinato. nec valet contra illud venenum aliqua medicina nisi sola combustio membri in quo est vel passio membri. quia combustio exurit et constringit meatum ne venenum valeat ad cor penetrare. **V**enenum etiam draconis multum est venenosum et maliciosum / cuius venenositatis maxime est in cauda et in felle. Illud venenum consequitur maxima grauitas corporis. inflantur labia / et accidit vertigo et tenebrositas oculorum / et destruitur ratio. motus fit inordinatus et debilitas virtutis subsequitur. **V**enenum autem scorpionis est mortiferum.

nisi citius occidatur. arsuram et puncturam generat circa membrum ubi est punctura. et cum peruenit ad cor / patiens syncopisat et resoluitur in sudorem. tandem constringit cor et sanguinem sua frigiditate congelat / ex quo sequitur mors / et destructio animalis. **Q**uere infra de scorpione libro ultimo.

De morsu rabidi canis.

Morsus etiam rabidi canis est mortifer et venenosus. (Nam ut dicit Constantinus) Canis frigidus est et sicus / qui colera nigra dominatur / que mutata et putrefacta et dominans corpori / canem efficit rabiosum / effusitas enim resoluta ex nigra colera iam incensa / inficit cerebrum. Unde cum discarnit ad diuersas partes eas inficit et efficit venenosas. unde cum aliquid momordent / et eius salua venenosa subintrante locum morsionis. inficiuntur humores et spiritus et contrahitur venenum infixum ad locum consimilem sue generationi scilicet ad cerebrum et efficitur homo rabiosus. qui si alium momordent / eum inficit. et etiam illum rabidum facit. unde tale venenum summe est periculosum. tum quia dilatat. tum quia se multiplicat. **A**liquando etiam latet usque ad anni reuolutionem. et tunc eadem die et hora qua fuit infixum caput petie et frenesim facit. **D**ane venenositatem sensu nature percipiunt alij canes et fugiunt rabiosum / et latrant supra ipsum ad terrendum eum (ut dicit Constantinus.) quia sentiunt eum sibi contrarium et nocivum. **A**ccidit autem haec venenosa rabies maxime in autumno. Quia tunc melancholia ratione similitudinis multiplicatur / et etiam in vere. quia per calorem temporis dissoluitur / et non consumitur. et ita per co-calcationem incenditur et egreditur preter naturam. tante etiam venenositatis est lingua canis rabidi. quod facit canem titubantem siue nutantem. sicut bebrum / et aperto ore lingua dependente et saluam continue emittente. que cadens in ipsas aquas inficit et bibetes ex eis hydrophalicos efficit et furiosos. **A**lias propter canis rabidi. quere infra de cane. **M**orsi autem a canibus videntur in somnis terribilia. et sunt timorosi / stupidi. sine causa irascuntur. ab alijs videre timent / et sicut canes latrant. et super omnia timent aquam (et abhorrent.

et tunc hec passio vix curat. (bucisq; constanti.)
 Sunt autem multa alia venenosa et venenosa
 picula. s. de istis mentio spalius habetur in di
 uina scriptura. et ideo de alijs suspensum est
 quo ad pns opusculum ista vice. Hoc solum
 arbitror h. aduertendum / qd venenum multa
 infinita incommoda in corpore operat. Eum
 enim tota sua species nature et complexionis hu
 mane sit contraria / quando pualet in corpore
 totam naturam distemperat spūs et humores
 corrumpit et alterat sua malicia et acumine. qd
 nobilius est in corpore scz regione cordis p
 mo aggreditur et impugnat. animalem spiritū
 suo acumine percussit in cerebro et perturbat
 sensuum organa et eorū operationes subito de
 bilitat. nervos concutit et vulnerat. venas et ar
 terias inficit / asperat / et corrugat / torturam / ar
 suram / mordicationē in interioribus generat.
 substantialem cordis et epatis humiditatem nūc
 incendit / nunc congelat / nunc dissolvit et resol
 vit / nunc penitus consumit et desiccatur / dum inte
 riora comburit exteriora infrigidat et econuer
 so. sepe cordis superficiē vehementi calore ex
 terius afficit. et tamen potenciali frigore sang
 uinem in venis cordis mortificat et cōstringit
 sui diffusionē. per membra corpus intumescit
 nunc etiam pallet / nunc liuet / nunc vires subi
 to / nunc nigrescit per macularum diversitates
 corporis exteriori inficientem superficiem / et
 interiori malicia innotescitur / et abominatio
 nem et nauseam horribilem stomacho ingent.
 et ipsa vitalia membra acumine suo penetrat et
 corrodit. ppter quod natura eius impetum fer
 re non sustinens deficit vltimo et succumbit cor
 pori pdominans. humores in sui similitudi
 nem conuertit / et venenosos et noxios eos effi
 cit. et ideo piculosum est tangere corpora q̄ ve
 neno sunt infecta. quia p euaporationem sepe
 inficiunt et corrumpunt omnia que sibi sunt p
 pinqua. Sepe autem ptingit qd venenosus in
 se cum nature sit horribile et inimicam appetit
 a natura non ppter se / s. ppter aliquod dulce
 et amicum nature cui est admixtum. quia sepe
 sub specie dulcis et saporis occultatur et latitat
 vis veneni. Et ideo docet constantinus vt ho
 mo qui timet venenum non solum caueat a fe
 tidis et amaris / verum etiam a dulcibus et sa
 porosis et salsis et acetosis et consimilibus. qz
 sub talibus que appetit natura / sepe veneni
 malicia palliat. Docet etiam constantinus p effe
 ctum cognoscere quando venenum in cibis vel
 potibus est assumptum. Si quis (inquit) in
 cibo vel potu senserit arsuram et subscantus fu

erit cito spasmus vel tumor in digito vel i vñ
 gula venenosum est et mortale. ex quo etiam ap
 pareret signum veneni in digitis et in vnguibus
 qui fiunt ex fumositate cordis / signum est
 qd venenum preualuit circa interiora eo qd iaz
 se diffundit ad extrema (et sequitur ibidem.) Si
 militer si oriauerint et saliuam effluere fecerint
 et labia formicauerint / et in lingua ardor fuerit
 atq; sudauerint / precordia prestinuerint et ob
 tenebrauerint oculi oportet vt festinent ad me
 dicinam alioquin cito morientur. Est igitur
 generalis medicina contra venenum in corpo
 re / sumptum vt pmo vomitus prouocetur. et sic
 superius vel per disterie inferiori venenosa ma
 teria euacuetur. deinde tyriaca que veneni re
 pressiva est et consumptiva cum vino decoctio
 nis rite offeratur. et hoc tribus diebus. dein
 de debet purgari et balneari secundum exigen
 tiam veneni. ad vltimum debet fieri fleboto
 mia. dicta debet ordinari vt nutriatur vinctio
 nis opilariūis meatum ad cor / ne vapor vene
